

CD	CODICI	
TSK	Tipo scheda	FON
FO	FONTE	
FON	FONTE	
FONA	Autore	Agnello
FONT	Titolo opera	Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis
FOND	Anno	840 ca. d.C.
FONP	Periodo	età carolingia
FONE	Epoca	Alto Medioevo
FONX	Note	ed.: O. Holder-Egger (ed.), Agnelli qui et Andreas liber pontificalis ecclesiae Ravennatis in G. Waitz (cur.), Scriptores rerum Langobardicarum et Italicarum saec. VI-IX, Hannover 1878, pp. 265-391 (trad.: M. Pierpaoli, Il libro di Agnello Istorico. Le vicende di Ravenna antica fra storia e realtà, Ravenna 1988).
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	1 - de sancto Apolenario
PASO	Testo originale	<p>Sanctus Apolenaris, natione Antiochenus, Grecis et Latinis literis heruditus, apostoli Petri discipulus, et cum eo in urbem Romam pervenit. Qui post plurimum tempus eum pontificem ordinavit atque per inpositionem mans Spiritum sanctum tribuit et osculum ille dedit; et ab urbe Roma quasi terdenos miliarios communiter cum eo venit, in quo situm est monasterium beati Petri quod vocatur ad lanuculum. Ibi Christi apostolus oravit, et ubi genus posuit, lapis mollis apparuit, ut cera ab igne, et in modum eius lapis genu concavus est. Et ad aliud monasterium ipsius apostoli, quod vocatur ad Ulmum, in ipsa nocte pariter sopiti sunt, et apparent fossae in illo lapide, ubi caput vel terga atque nates et crura tenuerunt, usque in hunc diem. Et post Ravennam eum direxit. Et ipse beatissimus, antequam in urbem Ravennam ingrederetur, Herenei filium caecum illuminavit - Hereneus quippe 'pacificus' intelligitur - et intrinsecus huius civitatis plurimas peregit virtutes: tenpla deorum subvertit et simulacra cumminuit, presbiteros et diaconos ordinavit, infirmos sanavit, daemones effugavit, leprosos mundavit, in Bedente fluvio et in mare multos baptizavit. In basilica beatae Eufemiae</p>

quae vocatur ad Arietem, primitus baptismum fecit, et ubi pedibus stetit, liquefactus est ille lapis et vestigia quasi signum inpressa sunt. Filiam quoque Rufi patricii mortuam suscitavit. Et illius in patricii domo episcopium Bononiensis ecclesiae usque in praesentem cernimus diem. Sic autem domum illam integram et incolumem scio, quomodo antiquitus. Et nunc pene annos quinque Theodorus Bononiensis antistes saxeam arcam, ubi Rufus patricius sua cum filia positus fuit, abstulit et ad suam ecclesiam Bononiensem deportavit, ut, postquam defunctus, ibidem sepultus fuisset. Sed quid ei profuit, quod alios exinde expulit? Et ille non in illa positus est, nam segnius ipse fecit eam stabilire.

Sant'Apollinare, antiocheno di nascita, erudito in lettere greche e latine, era discepolo dell'apostolo Pietro e con lui giunse a Roma. Dopo moltissimo tempo lo consacrò vescovo, gli trasmise lo Spirito Santo con l'imposizione delle mani e gli diede il bacio; quindi andò con lui fino a quasi trenta miglia da Roma, dove è situato il monastero di S. Pietro che è detto al Gianicolo. Qui l'apostolo di Cristo si mise in preghiera e dove appoggiò il ginocchio, la pietra risultò molle come cera al fuoco e accolse l'impronta del suo ginocchio. Nella stessa notte dormirono entrambi in un altro monastero intitolato allo stesso apostolo, che è detto all'Olmo, e in quella pietra, dove appoggiarono il capo o il dorso o le natiche o le gambe, fino a oggi si vedono le impronte. Poi lo mandò a Ravenna. Il beatissimo, prima di entrare nella città di Ravenna, diede la vista al figlio cieco di Ireneo - Ireneo significa "pacifico" - e all'interno di questa città diede prova di moltissime virtù: abbatté templi degli dei e fece crollare i simulacri, ordinò presbiteri e diaconi, sanò infermi, mise in fuga i demoni, guarì i lebbrosi, battezzò molti nel fiume Bidente e in mare. All'inizio impartì il battesimo nella basilica di Sant'Eufemia che è detta all'Ariete e, dove egli stette in piedi, la pietra si liquefece e vi rimasero im-presse come un segno le impronte. Inoltre risuscitò la figlia morta del patrizio Rufo. Nella casa di quel patrizio vediamo fino al giorno d'oggi l'episcopio della chiesa bolognese. Io so bene dunque come è antica quella casa del tutto ancora integra. Quasi cinque anni fa Teodoro, vescovo di Bologna, portò via l'arca di pietra, dove era stato sepolto il patrizio Rufo con sua figlia, e la fece trasportare alla sua chiesa bolognese per esservi sepolto lui stesso dopo - morte. Ma che gli servì il far togliere di lì altri? Ed egli poi non vi fu sepolto, perché aveva tardato a farla restaurare.

La vita di S. Apollinare è basta sulla vita leggendaria del santo che lo colloca alla metà del I d.C., mentre gli storici oggi sono propensi a collocare la vicenda del santo a Ravenna alla fine del II d.C.

PAST Traduzione

PASX Note

Igitur beatissimus Apollenaris cum ingenti pondere ferri in carcerem missus est non longe ad capitolum istius Ravennae civitatis. In quo custodibus circumspectantibus angeli victum caelestem ministrabant ei. Iterumque eum coegerunt et ab urbe proiecerunt non longe ab hac miliario, ubi ecclesia beati Demetrii antiqua structa est. Post haec ad partes Illiricae captivus ductus est, et deinde per Salonam, Panoniam quoque, per Danubii ripam Traciamque et ibidem atque in litore Corinthi multi per eum mirabilia intulit Dominus. Rursus post tres annos Ravennam remeavit et a fidelibus suis filiis sacerdotibusque cum magna laetitia susceptus est. Quem saevientes paganis post diutius caesus nudis pedibus super prunas stare fecerunt et alia multa tormenta in eum exercuerunt. Templum Apolinis, quod ante portam quae vocatur Aurea, iuxta amphitheatrum, suis orationibus demolivit. Cuius tanta beatitudo fuit et mansuetudo, ut nunquam, dum pateretur, alicui iniuriam fecisset, aut eum increpasset, nisi, dum fortiter torqueretur, ait ad vicarium: 'Impiissime, quare non credis in Filium Dei, ut evadas tormenta aeterna?' Pro nimia dierum plenitudine curvus effectus est. Temporibus Vespasiani caesaris martirio coronatus est. Vixit autem in pontificale solio annos 28, menses 1, dies 4.

Allora il beatissimo Apollinare con gran peso di catene di ferro fu messo in carcere non lontano dal campidoglio di questa città di Ravenna. Lì sotto gli occhi delle guardie gli angeli gli fornivano un cibo celestiale. E di nuovo lo costrinsero a uscire dalla città, non lontano da questa, al sesto miglio, dove è stata costruita l'antica chiesa di S. Demetrio. Poi fu condotto prigioniero nell'Illiria e quindi attraverso Salona, la Pannonia, la riva del Danubio, la Tracia; là e sulla costa di Corinto per mezzo di lui molti prodigi operò il Signore. Dopo tre anni tornò di nuovo a Ravenna e fu accolto con grande gioia dai suoi figli fedeli e dai sacerdoti. I pagani inferociti in seguito lo colpirono più volte, lo fecero stare a piedi nudi sui carboni ardenti e gli inflissero molte altre torture. Egli con le sue preghiere demolì il tempio di Apollo, che si trovava di fronte alla porta chiamata Aurea, vicino all'anfiteatro. Fu tale la sua santità e mansuetudine che mai, mentre pativa, rivolse ingiurie ad alcuno o lo rimproverò, tranne che una volta, mentre veniva violentemente torturato, disse al vicario: "Scelleratissimo, perché non credi nel Figlio di Dio per sottrarti alle pene eterne?" Per la lunghissima sua vita diventò curvo. Ricevette la corona del martirio ai tempi dell'imperatore Vespasiano. Visse nella cattedra vescovile 28 anni, 1 mese, 4 giorni.

PASX	Note	La vita di S. Apollinare è basata sulla vita leggendaria del santo che lo colloca alla metà del I d.C., mentre gli storici oggi sono propensi a collocare la vicenda del santo a Ravenna alla fine del II d.C.
------	------	--

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	4 - de sancto Eleucadio
------	----------------	-------------------------

PASO	Testo originale	<p>Eleuchadius II, cui nomen Latine 'candidus' intelligitur. Hic mitis et prudens fuit, et eum sanctissimus Apolenaris diaconem sacrauit. Cuius tanta fuit philosophia, ita ut plurimos de novo et veteri Testamento libros cunderet, et de incarnatione domini nostri Iesu Christi atque illius passionis volumina exaravit. Unde et in Passione Apolinaris athletae Christi legitur: 'Eleucadium philosophum diaconum fecit'. Iste vere recte gentibus praedicavit, et in sua ecclesia oleo pietatis perunctus, quasi lucernae lumen effulsit. Defunctus est autem 16. Kal. Mart., et sepultus est extra muros Classis, ubi usque hodie ad laudem nominis eius ecclesia aedificata et Deo est consecrata. Sedit autem annos. . ., menses. . ., dies. . .</p>
------	-----------------	--

PAST	Traduzione	<p>Eleucadio, il cui nome significa "candido", fu mite e saggio e il santissimo Apollinare lo consacrò diacono. Tanta fu la sua sapienza che compose moltissimi libri sul Nuovo e sul Vecchio Testamento e scrisse volumi sull'incarnazione del nostro signore Gesù Cristo e sulla sua passione. Appunto per questo anche nella Passione di Apollinare si legge: "Fece diacono il filosofo Eleucadio". Egli veramente predicò alle genti secondo verità e cosperso dell'olio della pietà rifulse nella sua chiesa come la luce della lucerna. Morì il 14 febbraio e fu sepolto fuori le mura di Classe, dove oggi sorge una chiesa dedicata al suo nome e consacrata a Dio. Sedette (in cattedra)...anni,...mesi,...giorni...</p>
------	------------	---

PASX	Note	La chiesa di Sant'Eleucadio era costruita su un'antica necropoli, come Sant'Apollinare in Classe. Il termine filosofo designa una persona di particolare saggezza e conoscenza.
------	------	---

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	8 - de sancto Probo
------	----------------	---------------------

PASO	Testo originale	<p>Probus VI, mitis et pius, clarus in specie, fulgidus in opere, sapiens eloquiis, prudens corde, plenus gratia Spiritus sancti. Quicumque languidus ad eum venire potuisset, suis orationibus salvus revertebatur, quacunq̃ fuisset infirmitate detentus. Et spiritus inmundos expulit atq̃ue catervarum corpora sauciata vel dissoluta solidabat. Postquam suae ad occasum vita angelica conspexit agmina, statim sancta elapsa est de corpore anima. Idus Novenbris. Deinde cunctus lugendo populus cum nimia corpus eius reverentia sepelivit, et sepulcrum ipsius apud nos veneratur usque in praesentem diem; et illius ecclesia sita est in partibus orientis. Et in nullis ecclesiis infra civitatem Ravennae Classinve missa super populum celebratur nisi in ista sola. Aedificata est iam dicta basilica iuxta ardicam beatae Eufemiae quae vocatur ad mare, qua nunc demolitam esse videmus. Sedit autem annos. . . , menses. . . , dies. . .</p>
------	-----------------	--

PAST	Traduzione	<p>Probo fu mite e pio, bello d'aspetto, fulgido nelle opere, bravo nel parlare, saggio nel cuore, pieno della grazia dello Spirito Santo. Qualsiasi malato fosse arrivato a lui, per le sue preghiere ritornava sano, da qualunque infermità fosse stato affetto. Cacciò gli spiriti immondi e di molta gente irrobustiva i corpi feriti e disfatti. Quando al tramonto della vita vide le schiere angeliche, subito la sua anima santa uscì dal corpo il 10 novembre. Tutto quanto il popolo poi lo seppellì piangendo con grande rispetto per il suo corpo e il suo sepolcro è venerato da noi fino al giorno d'oggi; la sua chiesa è situata nella zona orientale. E in nessuna chiesa fra Ravenna e Classe si celebra messa per il popolo se non in questa sola. Detta basilica è stata costruita presso l'ardica di S. Eufemia che è detta al mare, che ora vediamo demolita. Sedette ...anni, ...mesi, ...giorni.</p>
------	------------	--

PASX	Note	<p>Seconda metà III d.C. S. Probo risulta sepolto nella basilica cimiteriale a lui intitolata nel V d.C., fuori le mura di Classe, ancora molto importante ai tempi di Agnello</p>
------	------	--

PAS	PASSO	
-----	-------	--

PASL	Localizzazione	12 - de sancto Marcellino
------	----------------	---------------------------

PASO	Testo originale	<p>Marcellinus X, iustus et timoratus, suis orationibus daemonum castra prostravit et oves, quae a Domino ei traditae fuerant, inpiger custodivit, ne ille inmanissimus lupus, qui cotidie saevit et furit in eas, tempore suo ecclesia laniare potuisset et ex suis ovibus praedam evelleret, ut non christianorum animas, quas sanctus vir omnipotenti Domino adquisierat, beluino gutture devoratum, ne infernalibus connexis gehennae vinculis ditione manciparet. Transactaque plurima annorum curricula spatii, pontificatum amisit et vitam; cuius tanta corpus odora menta fragravit, ut preciosissimae mirrae</p>
------	-----------------	--

incensa sepelientium nares sentirent. Sepultus est, ut fatentur alii, in basilica beati Probi. Sedit autem annos. . . , menses. . . , dies. . .

Marcellino, giusto e timorato, con le sue preghiere abbatté gli accampamenti dei demoni e custodì sollecito le pecore che gli erano state affidate dal Signore, perché il tremendo lupo, che ogni giorno contro di loro incrudelisce e infuria, non potesse dilaniare al suo tempo la chiesa e fare preda delle sue pecore; perché con la gola belluina non divorasse le anime dei cristiani che il santo uomo aveva conquistato al Signore onnipotente e non le mettesse in potere delle catene infernali della geenna. Trascorsi moltissimi anni, perdette a un tempo episcopato e vita; il suo corpo emanò tale profumo che le narici di quelli che lo seppellivano sentirono l'odore di preziosissima mirra bruciata. Fu sepolto, come affermano alcuni, nella basilica di S. Probo. Sedette ...anni, ...mesi, ...giorni.

PAST Traduzione

PASX Note

Fine III - inizi IV d.C. Marcellino dovrebbe essere il vescovo che ha affrontato le persecuzioni diocleziane.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

13 - de sancto Severo

PASO Testo originale

Severus XI, cuius nomen intelligitur in compositione 'saevus verus'. Hoc non ad saevitiam pertinet, sed ad fortitudinem: saevus id est fortis, verus pontifex maximus. Cuius sacerdotium ab omnipotenti Domino tantum praedestinatum fuit, ut in illius electione Spiritus sanctus missus fuisset in specie columbae quam omnis populus viderunt corporalibus oculis, et super eius capud requievit. Unde de eo in proverbium usque hodie dicitur a singulis gentibus: 'Beata terra illa, ubi in electione pontificis Spiritus sanctus descendit in columbae similitudinem, et ordinatur, super caput cuius requiescit'. Sed vae tibi, Ravenna misera, vicina destructae Classis, quia nunc cum nimia altercatione et controversia pontifex in te ordinatur. In Sardicense concilio cum legatis Romanae ecclesiae vir sanctus interfuit hic Severus.

Severo ebbe il nome che si spiega nel nesso "crudele vero", e questo non nel senso di crudeltà, ma di forza: crudele, cioè forte, vero pontefice massimo. Il suo sacerdozio fu così predestinato dal Signore onnipotente che nella sua elezione lo Spirito Santo fu mandato in forma di colomba, che tutto il popolo poté vedere con i suoi occhi, ed essa si posò sul suo capo. Perciò di lui ancora oggi si dice in proverbio da tutti : "Beata quella terra, dove per l'elezione del vescovo lo Spirito Santo scende in forma di colomba e viene ordinato colui sul cui capo si posa". Ma guai a te Ravenna, vicina alla distrutta Classe, perché ora

PAST Traduzione

in te il vescovo viene ordinato fra troppe contese e controversie! Questo Severo, uomo santo, fu presente al concilio di Sardica con i legati della chiesa romana.

PASX      Note

Episcopato di S. Severo: ca. 308-346 d.C. Partecipazione al concilio di Sardica (Sofia) 343 d.C. Al tempo di Agnello, metà IX sec., Classe risulta distrutta.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

15 - de sancto Severo

PASO      Testo originale

Cuius beati vita viri apud nos non reperitur descripta historia; sed dicunt quidam, quod multa mirabilia prodigiaque per eum Dominus exercuit in populo, quod non valuit patefacere stilus noster. Tanta autem illius sanctitas fuisse asseritur, ut eius defuncta coniunx post plurima tempora evoluta esset in latus. Dum filia beatissimi confessoris Christi Severi, Innocentia nomine, vitales auras amisisset, venerunt omnes, ut infra sepulcrum suae genetricis Vicentiae corpusculum ponerent, viderunt sepulcrum minimum dixeruntque: 'Non possunt hic duo requiescere corpora, quia modicum est vas'. Cum fletuque dominus ait Severus: 'O mulier, cur mihi molesta es? Quare non praebes locum filiae tuae? Suscipe quod portasti, ex tua sumpta est carne, ne dubites recipere. Ecce tibi trado, quod mihi dedisti, ne torpeas; unde fuit, reversa est. Locum tribue sepeliendi, noli me contristare'. Ad cuius vocem sub tanta velocitate suae coniugis ossa ad semetipsam in partem alia remota sunt, quanta vix ea animata corpora hominum sic citius moveri potuissent, et filia sua spatium loci tribuit ad sepeliendum. Factum est autem post haec, ut sancta anima, quam homines diligebant in terra, divino iussu a sanctis angelis esset susceptura amoeno in loco. Sicut enim narrante audivi de transitu beati viri, ita vestris auribus intimabo. Quod quadam die missam celebrasset et sacrum dominici corporis et sanguinem percepisset, stola pontificale indutus, suum iussit aperire sepulcrum, quod vivus ingressus, inter coniugem et filiam iacens se iussit claudi. Ibi denique orans preciosam Deo animam reddidit. In tali pace et tranquillitate defunctus est sub die Kalendarum Februarium. Et multa mirabilia ad sepulcrum Dominus ostendit in ipsius ecclesia, quae sita est in civitate dudum Classis, non longe a regione quae dicitur Salutaris, usque in praesentem diem.

Di questo sant'uomo non si trova presso di noi la storia scritta, però alcuni dicono che per mezzo suo il Signore fece molti prodigi nel popolo, ma la mia penna non ha potuto esporli. Fu tanta la sua santità, a quanto si narra, che la sua sposa defunta dopo moltissimo tempo si volse sul fianco. Quando la figlia del beatissimo confessore di Cristo Severo, di nome Innocenza, esalò l'ultimo respiro, tutti accorsero per deporre il suo corpicino nel sepolcro della madre Vincenza, videro il sepolcro piccolissimo e dissero: "Due corpi non possono riposare qui, perché l'urna è troppo piccola". Piangendo, il signore Severo disse: "O donna, perché sei a me molesta? Perché non fai posto a tua figlia? Prendi quel che portasti in seno, è nata dalla tua carne, non esitare ad accoglierla. Ecco ti affido quello che mi hai dato, non irrigidirti; è tornata là donde nacque. Falle posto per la sepoltura, non mi rattristare". Alle sue parole le ossa della sposa si ritrassero da parte con tanta rapidità quanta è quella con cui a stento avrebbe potuto muoversi un corpo animato, e fece posto a sua figlia per la sepoltura. In seguito avvenne poi che l'anima santa, che gli uomini amavano in terra, per ordine divino stava per essere portata dagli angeli santi in luogo ameno. Come ho sentito raccontare del transito del sant'uomo, così riferirò alle vostre orecchie. Un giorno, dopo avere celebrato la messa e avere preso il sacro corpo e sangue del Signore, rivestito della stola vescovile, ordinò di aprire il suo sepolcro ed entratovi vivo ordinò di esservi chiuso mentre giaceva fra la sposa e la figlia. E lì pregando rese la preziosa anima a Dio. In tale pace e serenità morì il 1° febbraio. E molti prodigi mostrò il Signore presso il suo sepolcro, nella sua chiesa, che è situata nell'antica città di Classe, non lontano dalla zona che è detta Salutare, fino ai giorni nostri.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di S. Severo: ca. 308-346 d.C. La sepoltura nella basilica di San Severo di Classe venne violata negli stessi anni di redazione dello scritto agnelliano e il corpo del vescovo fu portato in Germania.

PAS PASSO

PASL Localizzazione 17-18 - de sancto Severo



PASO      Testo originale

[17] De electione sancti istius viri, quod superius incepti, quod mihi narratum fuit a multis senioribus, expleam. Quadam die lanisterii opus praegravatus cum esset, ipse cum coniuge sua lanificium, ut dixi, nearent officium, ait ad cuniugem: 'Vadam et videbo visionem mirabilem, quomodo de alto caelo columbam veniet et super electi caput consideat'. Coniunx vero eius coepit eum subsannare et increpare, dicens: 'Sede hic et labora, noli otiosus esse! Sive ieris, sive nonieris, te pontificem populus non ordinabit; revertere ad opus!' Ille autem dixit illi: 'Sine me, ut vadam!' Et illa: 'Vade, quia qua hora ieris pontifex cumfestim ordinaris'. Ille autem surgens perrexit, ubi erat coetus populi cum sacerdotibus, et pro vestium deformitate, quia squalida indumenta indutus erat, abscondit se post ianuam ipsius loci, ubi erant omnes congregati orantes. Et post orationem expletam extinplo venit e caelis columna nive candidior et requievit super caput beati Severi confessoris Christi post valvas latitantem. Ille autem dum a se eam compulisset, volitansque per aerem, iterum requievit super eum secundo et tertio. Stupefactus omnis potemtatus, qui praesentes astabant, maximas Deo gratias agentes, ordinatus est pontifex. Quo audito, coniunx, eius, quae nuper deriserat, postea super eum gratulabatur. Tunc inpletus est euangelicus sermo, quod scriptum est: 'Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt', et iuxta Pauli vocem: 'Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia'. Et, ut aiunt quidam, beatus Eraclianus, Pensaurense civitatis episcopus, huius confessori Severi fuisse discipulus, et ab eo eruditus sacra doctrina episcopalem tenuit sedem. Sufficiat vobis nunc, obsecro, quae de beati Severi vita audistis, ut de reliquorum gesta, Deo suffragante, fari valeamus, et ut vos eum desiderio magis quam cum taedio legatis et immensas Deo gratias agatis, qui est benedictus in secula. Sedit autem annis. . ., menses. . ., dies. . . [18] Sed quaeso, dilectissimi, ut curiosius intendatis, quantas omnipotens Deus virtutes suis fidelibus tribuit, non solum vivi de carne, sed etiam mortui de ossibus obedirent; quatenus ipsa veritas ait: 'Si habueritis fidem sicut granum synapis, et diceretis huic arbori moro: Eradicare et transplantare in mare, obediret vobis'. Cur inter ceteras herbas granum solum synapis interposuit? Granum igitur synapis nisi teratur, illius virtus non agnoscitur; cum tritum fuerit, statim ex eo fortitudo et dulcedo procedit. Sic et sancti, cum ad martirium pervenerunt, prudentia et humilitas apparet fortia tormenta sustentando et verbera vel praelia carnificum non timendo vel tacendo in mansuetudine. Omnes filios vocaret, quos ex ydolorum cultu protraxerit Domino, quia genus martirii non tantundem esse videtur. Aliud palam omnibus, aliud in occulto. In publico martirium est, cum ante praesidem deducitur, trahitur, caeditur, vulneratur, irridetur subsanatur, vinculis astringitur, vestibulo carceris truditur, et post haec omnia capite truncatur, et martir ille

non Christi nomen negat.

PASO      Testo originale

Occultum martirium hominis est, semetipsum abstinere, ieiunare, vigilare, a malis vitiis cavere, carnalia desideria renunciare, quot sibi non vult fieri, alter non facere, nullam concupiscentiam seculi detinere, ex suis iustis operibus pauperum turbis elemosinas erogare, ad incredulos et infideles instanter praedicare et a caeco errore eripere et illis viam veritatis et luminis demonstrare; iuxta quod scriptum est: 'Estote prudentes in bono et simplices in malo'. Rursus scriptum est: 'Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae'. Et si serpens prudens est, cur ipsa veritas per Salamonem dicit: 'Non est caput nequius super caput colubri'. Et si prudens est, cur ergo scriptum est: 'Serpens erat callidior cunctis animantibus terrae'? Et si prudens, cur maledictus a Deo est inter omnia animantia mundi? sicut scriptum est: 'Dixit Dominus ad serpentem: Maledictus eris inter omnia animantia terrae, supra pectus et ventrem tuum gradieris, et terram comedis cunctis diebus vitae tuae'. Quare hoc? Quia subduxit hominem, de prohibito pomo eum mandere fecit, ingressus est diabolus in venenoso serpentis gutture et prothoplastum paradiso expulit. Quare non super caudam aut cum alio loco graderetur, nisi supra pectus et ventrem? Quia quisquis terrena cogitatione vel vitiis delectatur, supra pectus et ventrem graditur. 'Et terram comedes cunctis diebus vitae tuae', hoc est: non ad caelestia elevas, sed terrena coenosa coinquinamenta volutabis. Sed ideo sanctos prudentes et sapientes ut serpentes Dominus docet esse, quia serpens, quando ab aliquo percutitur, corpus tradit ad flagellandum, solummodo caput abscondit, sic et sancti flagellantur corpora, et caput omnium nostrum, quod est Christus, abscondunt sub velamen cordis et orationis. 'Et simplices sicut columbae': Cum ceterae aves fel habeant, haec ab illo aliena est, carens amaritudine, sed dulce animal, mansueta avis. Et ideo columba nomen accepit a plausu alarum, unde percussio alarum apud Grecos 'peristera' donca' dicitur, Latinum 'columba' interpretatur.

PAST Traduzione

[17] Sull'elezione di questo sant'uomo, come sopra ho cominciato a dire, voglio completare dicendo quanto mi fu narrato da molti anziani. Un giorno, stanchissimo per il lavoro di lanaiolo, dato che, come ho detto", egli con la moglie filava la lana, disse alla sposa: "Vado a vedere una mirabile visione, come una colomba scenderà dall'alto del cielo e si poserà sul capo dell'eletto". La moglie cominciò a deriderlo e rimproverarlo, dicendo: "Stai qui seduto e lavora, non essere indolente. Sia che tu vada sia che tu non vada, il popolo non ti sceglierà come vescovo; torna al lavoro!" Egli rispose: "Lasciami andare!" E quella: "Vai pure, perché nel momento in cui sarai andato, subito sarai ordinato vescovo". Egli si alzò e andò dove era riunito il popolo con i sacerdoti, e per lo squallore della veste, dato che aveva addosso indumenti sudici, si nascose dietro la porta del luogo dove tutti erano riuniti in preghiera; terminata la preghiera, immediatamente scese dal cielo una colomba più candida della neve e si posò sul capo del beato Severo, confessore di Cristo, che stava nascosto dietro i battenti. Siccome egli l'aveva scostata da sé, quella volando in aria di nuovo si posò su di lui una seconda e una terza volta. Stupefatte, tutte le autorità presenti ringraziarono moltissimo Dio e quello fu ordinato vescovo. Udita la cosa, la moglie, che poco prima l'aveva deriso, allora si congratulava con lui e si adempì la parola evangelica, come sta scritta: "Tra gli uomini questo è impossibile, ma a Dio tutto è possibile", e secondo la parola di Paolo: "Dio scelse i più umili del mondo per confondere i potenti". E raccontano che il beato Eracliano, vescovo di Pesaro, fu discepolo del confessore Severo e, da lui istruito nella sacra dottrina, occupò la cattedra episcopale. Vi basti ora, vi prego, quanto avete udito della vita del beato Severo, perché con l'aiuto di Dio possiamo raccontare la vita degli altri e perché voi possiate leggere più con desiderio che con noia e rendiate infiniti ringraziamenti a Dio, che è benedetto nei secoli. Sedette ...anni, ...mesi, ...giorni... [18] Ma vi prego, dilette, di considerare con più attenzione quanto grandi virtù Dio attribuisce ai suoi fedeli, tanto che obbediscono non solo da vivi nella carne, ma anche morti nelle ossa; per cui la verità stessa dice: "Se avrete fede come il chicco di senape e direte a questo gelso 'sradicati e trapiantati nel mare', quello vi obbedirà. Perché fra tutte le piante ha ricordato soltanto il chicco di senape? Perché se il chicco di senape non viene macerato, non si può vedere la sua virtù; quando invece sia stato macerato, subito da esso emerge forza e dolcezza. Così pure, quando i santi sono giunti al martirio, appaiono la loro saggezza e la loro umiltà nel sopportare le violente torture, nel non temere le battiture e i tormenti dei carnefici o nel tacere con mansuetudine. Dio chiama tutti i figli che ha distolto dal culto degli idoli, perché il genere di martirio non sembra essere uno soltanto.

Uno è in pubblico davanti a tutti, l'altro in segreto. Martirio in pubblico è quando si viene condotti davanti al preside, si viene trascinati, battuti, feriti, derisi, insultati, incatenati, gettati in carcere e infine decapitati, e quel martire non rinnega il nome di Cristo. Martirio segreto è quello di chi rinnega se stesso, digiuna, veglia, si guarda dai vizi, rinuncia ai desideri carnali, non fa ad altri quello che non vuole sia fatto a sé, non alimenta alcuna concupiscenza del mondo, dal suo giusto lavoro elargisce elemosine alle turbe dei poveri, predica incessantemente a increduli e infedeli, li strappa alle tenebre dell'errore e mostra ad essi la via della verità e della luce, secondo quanto sta scritto: "Siate prudenti nel bene e semplici nel male". E sta anche scritto: "Siate accorti come serpenti e semplici come colombe". E se il serpente è accorto, perché la verità stessa per bocca di Salomone dice: "Non c'è capo più malvagio del capo del serpente?" Se è accorto, perché allora sta scritto: "Il serpente era più astuto di tutti quanti gli esseri della terra?" Se è accorto, perché è stato maledetto da Dio fra tutti gli esseri del mondo? Così infatti sta scritto: "Sarai maledetto fra tutti gli esseri della terra, ti muoverai sul petto e sul ventre e mangerai terra tutti i giorni della tua vita". Perché questo? Perché sedusse l'uomo, gli fece mangiare del frutto proibito e il diavolo entrato nella velenosa gola del serpente lo fece cacciare dal paradiso primigenio. Perché dunque non doveva procedere sulla coda o su qualche altra parte del corpo, se non sul petto e sul ventre? Perché chiunque si compiace di pensieri terreni e di vizi, procede sul petto e sul ventre. "E mangerai terra tutti i giorni della tua vita", cioè non ti innalzerai alle cose celesti, ma ti rivolterai imbrattandoti nel fango della terra. Ma il Signore insegna che i santi sono accorti e saggi come i serpenti perché il serpente, quando viene percosso da qualcuno, abbandona ai colpi il corpo e nasconde soltanto il capo, e così anche i santi vengono flagellati nel corpo, ma nascondono sotto il velo del cuore e della preghiera il capo di tutti noi che è Cristo. "E semplici come colombe": mentre tutti gli altri uccelli hanno il fiele, soltanto questo essere, uccello mansueto, non l'ha ed è così privo di amarezza. E ha preso il nome dal battito delle ali, dato che in greco il battere delle ali si dice "peristera donca" che in latino significa colomba.

PAST Traduzione

PASX Note

Agnello illustra la leggenda di vescovi "colombini", ovvero designati direttamente dallo Spirito Santo sotto forma di colomba, molto diffusa nel medioevo non solo a Ravenna.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

21 - de sancto Florentio

PASO	Testo originale	Florentius XIV, iustus homo, pater pauperum et tutor viduarum, magnus praedicator, humilis et mansuetus et pius, exortans cotidie oves suas, ut ad portum salutis et poenitentia fructus citius confugerent. Sepultus est hic sanctus vir in monasterio sanctae Petronillae, haerens muris ecclesiae apostolorum. Rexit ecclesiam suam annis. . ., mensibus. . ., diebus. . .
PAST	Traduzione	Fiorenzo, uomo giusto, padre dei poveri e protettore delle vedove, gran predicatore, umile, mansueto e pio, ogni giorno esortava le sue pecore a rifugiarsi presto nel porto di salvezza e nei frutti di penitenza. Questo sant'uomo fu sepolto nel monastero di S. Petronilla addossato ai muri della chiesa degli Apostoli. Governò la sua chiesa per anni ..., mesi..., giorni...
PASX	Note	La deposizione è evidentemente posteriore alla morte, ma è l'unica sepoltura di pregio segnalata in questo sacello.
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	22 - de sancto Liberio
PASO	Testo originale	Liberius XV, vir sanctus, pulcher fuit in forma, clarior in sensu; lactiflua habuit eloquentia. Fuit enim verus Dei cultor, paganorum in bonis seductor, idolorum destructor; sub cuius temporibus coepit pars paganorum minuere et sancta ecclesai ex christiano populo populare. Cuius tanta mansuetudo fuit, ut non dominus a suis sacerdotibus vocaretur, sed quasi unus ex ipsis consacerdotibus eognominaretur; solummodo inter eos pontificalis tituli solio praecedebat. Exortabatur iste cotidie erubescens poenitentiam, ut cum fiducia deberent accedere. Istius denique tenporibus occisus est Valentinianus augustus maior extra portam Artemetoris non longe ad stadium tabulae prope canpo Corianthri, et seditio maxima in populo fuit, et multi vulnerati in loco qui dicitur Puteus benedictus; missusque ex Ravennam moenia augustus, invectorum manibus finivit vitam. Sepultusque est in monasterio sancti Pulionis, quem suis temporibus aedificatum est, non longe a porta quae vocatur Nova, cuius sepulcrum nobis cognitum est. Sedit autem praedictus antistes annos . . ., menses. . ., dies. . .

Liberio, uomo santo, fu bello d'aspetto, puro di sentimenti; ebbe lattea eloquenza. Fu sincero adoratore di Dio, indusse al bene i pagani, demolì gli idoli; ai suoi tempi cominciò a diminuire la popolazione pagana e ad arricchirsi di popolo cristiano la santa chiesa. Fu tanto grande la sua mansuetudine, che da suoi sacerdoti non veniva chiamato signore, ma quasi come uno dei confratelli stessi; si distingueva tra loro soltanto per il seggio di vescovo. Ogni giorno esortava coloro che arrossivano per la penitenza ad avvicinarsi con fiducia. Ai suoi tempi infine fu ucciso l'augusto Valentiniano maggiore fuori porta di Armetore, non lontano dallo stadio della tavola vicino al campo di Coriandro; in mezzo al popolo ci fu grandissimo tumulto e molti rimasero feriti nel luogo detto pozzo benedetto; l'imperatore fu cacciato fuori delle mura di Ravenna e morì per mano degli aggressori. Liberio fu sepolto nel monastero di S. Pulione, che fu costruito ai suoi tempi non lontano dalla porta chiamata Nuova e il suo sepolcro fu da noi riconosciuto. Il predetto presule sedette anni..., mesi..., giorni...

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Liberio: ca. 380-399 d.C. L'episodio dell'uccisione di Valentiniano è leggendaria: Valentiniano I è morto nel 375 per un'ictus sul Danubio, Valentiniano II nel 392 impiccato a Vienne, Valentiniano III nel 455 pugnalato a Roma.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

23 - de sancto Urso

PASO      Testo originale

Ursus XVI, castissimus corpore, sanctissimus in opere, tensam et pulcram habuit faciem, modice calvus fuit. Iste primus hic initiavit templum construere Dei, ut plebes christianorum, quae in singulis teguriis vagabat, in unum ovile piissimus collegeret pastor. Nunquam suam ecclesiam polluit, nec Spiritum sanctum vendidit, nec de inpositionis manu aliqua afferendo munera suam dexteram porrexit. Igitur haedificavit iste beatissimus praesul infra hanc civitatem Ravenna sanctam catholicam ecclesiam, quo omnis assidue cuncurremus, quam de suo nomine Ursiana nominavit. Ipse eam suis temporibus fundavit et, Deo iuvante, usque ad effectum perduxit. Lapidibus preciosissimis parietibus circumdedit, super totius templi testudinem tessellis variis diversas figuras composuit. Omnis autem populus, quasi vir unus, spontaneus animus laborabat laetans et gaudens, et de caelis Deum cunlaudabat, quia prosperabatur salus in manibus eorum per intercessionem sui sacerdotis et confessoris. Qua Euserius et Paulus unam parietem exornaverunt, parte mulierum, iuxta altarium sanctae Anastasiae, quod fecit Agatho. Ipsa est paries, ubi columnae sunt positae in ordinem usque ad murum de postis maiore. Aliam vero parietem parte virorum comptitaverunt Satius et Stephanus usque ad praedictam ianuam, et hinc atque illinc gipseis metallis diversa hominum animaliumque et quadrupedum enigmata inciserunt et valde optime composuerunt. Sita est iam dictam ecclesiam in regione Herculana. Ideo Herculana dicitur, quia ab Hercule cunsecrata fuit, non longe a posterula Vincileonis, eo quod Vincilius ipsam haedificavit. Habitabat autem sanctissimus vir infra episcopium, qui est positus iuxta fossam amnis, qua egreditur de loco qui vocatur Organaria, emanans sub pontem Pistorum, mira magnitudine et tota aedificiali machina constructa, ubi nunc destructum stabulum esse videtur. Post haec vero omnia consummata et aedificia pleniter constructa infirmitatem modicam sensit corporis, quasi eructuans reddidit spiritum Idus Aprilis; in tali pace et tranquillitate vitam finivit in die sanctae resurrectionis. Et in tali vero die ab eo dedicata est ipsa ecclesia et vocata Anastasis. Sepultusque est, ut asserunt quidam, in iam dicta ecclesia Ursiana, quae et Anastasis, quam ipse construxit, ante altare subtus pirfireticum lapidem, ubi pontifex stat, quando missam canit. Quam ob rem non post multum tempus eius sanctitas clauit, et in musivo camera tribunae beati Apolenaris nomen illius unam cum sua imagine 'Sanctus Ursus' descriptus est. Sedit annos 26, menses. ..., dies. . .

Orso fu castissimo nel corpo, santissimo nelle opere, aveva il volto raso e bello, era un po' calvo. Costui per primo cominciò a costruire un tempio di Dio per raccogliere, come piissimo pastore, in un solo ovile il popolo cristiano che vagava in locali isolati. Non contaminò mai la sua chiesa, né mise in vendita lo Spirito Santo né per l'imposizione delle mani tese la sua destra per ricevere doni. Dunque questo beatissimo presule edificò all'interno di questa città di Ravenna la sacra chiesa cattolica, dove tutti assiduamente accorriamo e che egli dal proprio nome chiamò Ursiana. Ai suoi tempi ne pose le fondamenta e con l'aiuto di Dio poté completarne la costruzione. Rivestì le pareti di marmi preziosissimi e fece comporre in tutta la volta del tempio diverse figurazioni a mosaico. Tutto il popolo poi, come una sola persona, spontaneamente lavorava gioioso e lodava il Dio del cielo perché donava a loro la salvezza per intercessione del loro sacerdote e confessore. Euserio e Paolo ornarono una parete, nella parte riservata alle donne, presso l'altare della santa Resurrezione, che fu costruito da Agatone. Si tratta della parete dove sono poste in ordine delle colonne fino al muro della porta principale. L'altra parete, nella parte degli uomini, l'hanno adornata Sazio e Stefano fino alla porta predetta; di qua e di là nei rivestimenti di marmo hanno raffigurato in vario modo uomini, animali, quadrupedi e hanno fatto un'ottima composizione. La chiesa suddetta si trova nella zona Ercolana. Viene detta Ercolana perché fu dedicata a Ercole, non lontana dalla porta Vincileone, così chiamata perché la costruì Vincilio. Il santissimo uomo abitava nell'episcopio, che è situato presso la fossa del fiume, la quale proviene dal luogo chiamato Organaria, scorrendo sotto il ponte dei Mugnai: l'Organaria era una costruzione imponente e tutta di meccanismi costruttivi, dove ora si vede uno stallatico demolito. Dopo aver portato a termine questi edifici Orso subì una lieve malattia e rese l'ultimo respiro come se eruttasse il 13 aprile: in tale pace e serenità terminò la vita il giorno della santa Resurrezione. Nello stesso giorno da lui era stata dedicata la chiesa e chiamata Anastasis. Fu sepolto, come alcuni affermano, nella predetta chiesa Ursiana o Anastasis, che egli aveva costruito, davanti all'altare, sotto alla lastra di porfido, dove sta il vescovo quando canta la messa. Perciò non molto tempo dopo apparve chiaramente la sua santità e il suo nome con l'immagine "Sant'Orso" fu inserito nel mosaico della tribuna di Sant'Apollinare. Sedette anni 26, mesi..., giorni...

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di S. Orso: 399-426.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

24 - de sancto Petro



PASO      Testo originale

Petrus antistes XVII, sanctissimus vir, tenui corpore, procera statura, macilentus effigie, prolixam habens barbam. A tempore beati Apolenaris una cum isto viro omnes praedecessores sui Syrie fuerunt. Fundator ecclesiae Petrianae, muros per circuitum haedificans, sed nondum omnia complens. Nulla ecclesia in aedificio maior fuit similis illa neque in longitudine, nec in altitudine; et valde exornata fuit de preciosis lapidibus et tessellis variis decorata et valde locupletata in auro et argento et vasculis sacris, quibus ipse fieri iussit. Ibi asserunt affuisse ymaginem Salvatoris depictam, quam nunquam similem in picturis homo videre potuisset, super regiam; tam speciosissima et assimilata fuit, qualem ipse Filius Dei in carne non fastidivit, quando gentibus praedicavit.

PAST      Traduzione

Il vescovo Pietro fu uomo santissimo, di corpo gracile, di alta statura, macilento nel volto e con lunga barba. Dal tempo del beato Apollinare tutti i predecessori insieme con lui furono della Siria. Fondatore della chiesa Petriana, ne costruì il perimetro murario, ma non la completò del tutto. Nessuna chiesa fu più grande nella costruzione e simile a quella in lunghezza e in altezza; fu molto adorna di marmi pregiati e abbellita da vari mosaici, ricchissima d'oro e d'argento e di vasi sacri, che egli stesso fece fabbricare. Affermano che vi era dipinta un'immagine del Salvatore simile alla quale nessun uomo avrebbe mai potuto vederne una nelle pitture, al di sopra della porta principale. Essa era tanto bella e del tutto simile a quella che il Figlio stesso di Dio non rifiutò di avere nella carne quando predicò alle genti.

PASX      Note

Le notizie dei vescovi S. Pietro I Crisologo, Pietro II e Pietro III sono confuse tra loro da Agnello. Episcopato di S. Pietro Crisologo: 426-450. La notazione sulla provenienza siriana dei vescovi sembra leggendaria. La basilica Petriana di Classe è in effetti attribuita all'iniziativa di S. Pietro Crisologo.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

26 - de sancto Petro

PASO      Testo originale

Fuit enim in Valentiniani temporibus. Cum coepisset Valentinianus imperare, in ipso introitu imperii eius beatus iste Petrus vita expoliatus astra petivit. Ut aiunt quidam, sepultus fuit in sua fundata ecclesai Petriana. Certissime enim sciatis, veritatem vobis dicam, non ullum mendacium. Dum in monasterio meo beatae et semper virginis Mariae quae vocatur ad Blachernas residerem, quod est fundatum non longe a Guandelaria, dum vellem perscrutare omnium vita pontificum Ravennatum, haesitator eram animae meae de huius sancti viri tumulo. Qui dum ita cogitarem, unus ex pueris, qui cotidie aspectibus meis consistebat, nunciavit mihi, Georgium presbiterum Classensis ecclesiae advenisse. Ille vero illo tempore regebat curam ecclesiae sancti Severi confessoris Christi, vir valde venerabilis, constans in omnibus, firmus absque imbecillitate. Qui cum fuisset ad me ingressus, postquam sedisset, statim sciscitare eum coepi, forsitan aut per antiquos homines in auditu aut visu aliquid de beati huius pontificis glosio homo scisset. Ille autem ilari vultu dixit mihi: 'Veni, ostendam tibi, quod maxime cupis, ubi preciosissimus requiescit thesaurus'. Qui cum ascendissemus equis, properavimus Classem, et iussi meis hominibus, qui nobiscum comitabantur, longius secedere, qua si stadio medio; et ingressi sumus infra monasterium sancti Iacobi, quod est fundatum infra superscriptae ecclesiae fontem. Vidimus sepulcrum ex lapide proconiso precioso, et elavavimus duriter atque modice cooperculum. Invenimus infra ipsam arcam capsam cipressinam; cumque sublevassimus eius tegumen, vidimus nos ambo sanctum corpus iacens, quasi ipsa hora sepultus fuisset, longam habens staturam cutemque pallore proditam et omnia integra membra, pectus et ventrem integrum, nulla deerant, nisi pulvillus capitis minuerat. Tantum autem odorem manavit, ut hac si incensum fragrantem mixturatum mirra balsamoque sentivimus. Irruit super nos terror horribilis ac vehementissimus et tanta tristitia, ut, quod antea alacriter aperuimus, vix etiam cum suspiriis et gemitibus claudere potuimus. Odor denique nos superabat in omnibus et sic fuit, ut amplius quam unam ebdomadam odor ex nostris naribus nunquam recessit. Et desuper ipsam arcam illius imaginem mire depictam continebatur literis: 'Domnus Petrus archiepiscopus'.

PAST Traduzione

Visse ai tempi di Valentiniano. Quando Valentiniano cominciò a regnare, proprio all'inizio del suo impero, questo beato Pietro, privato della vita, salì al cielo. Come affermano alcuni, fu sepolto nella chiesa Petriana da lui fondata. Sappiate con assoluta certezza che io vi dirò la verità e nessuna bugia. Mentre abitavo nel mio monastero della beata e sempre vergine Maria, che è detta alle Blacherne, costruito non lontano dalla Guandalaria, mentre volevo indagare sulla vita di tutti i vescovi ravennati, c'era in cuor mio perplessità riguardo alla sepoltura di questo sant'uomo. Mentre così riflettevo, uno dei ragazzi che ogni giorno avevo davanti agli occhi mi riferì che era arrivato Giorgio, sacerdote della chiesa di Classe. Egli in quel tempo aveva la cura della chiesa di San Severo, confessore di Cristo, persona molto venerabile, in tutto costante e sicuro senza debolezze. Quando entrò da me e si fu seduto, subito cominciai a chiedergli se sapeva qualche cosa del sepolcro di questo santo vescovo sia per avere udito da anziani sia per avere visto. Egli, lieto in volto, mi rispose: "Vieni, ti mostrerò, cosa che tu ardentemente desideri, dove giace un preziosissimo tesoro". Saliti a cavallo, ci avviammo in fretta a Classe e io ordinai agli uomini che ci accompagnavano di stare un po' lontano, a circa mezzo stadio. Entrammo poi nel monastero di S. Giacomo, costruito all'interno del battistero della chiesa suddetta. Vedemmo un sepolcro di marmo prezioso del Proconneso e con fatica riuscimmo a sollevare un po' il coperchio. All'interno dell'arca stessa trovammo una cassa di cipresso e, sollevatane la copertura, entrambi vedemmo il santo corpo giacente, come se fosse stato sepolto proprio in quell'ora, di lunga statura, con la cute di pallore diffuso: tutte le membra erano integre, integri petto e ventre, nulla mancava tranne il guancialetto per il capo. Emanò poi un profumo così intenso come se avvertissimo profumo di incenso bruciato con mirra e balsamo. Ci colse un senso di profondo terrore e una tristezza tanto grande che a stento potemmo chiudere con sospiri e gemiti quello che prima avevamo aperto sveltamente. Dappertutto ci raggiungeva il profumo e fu così che per più di una settimana esso non si allontanò mai dalle nostre narici. Sopra all'arca stava dipinto il suo ritratto con queste parole: "Signore Pietro arcivescovo".

PASX Note

Le notizie dei vescovi S. Pietro I Crisologo, Pietro II e Pietro III sono confuse tra loro da Agnello. Valentiniano III iniziò a regnare nel 425 sotto la reggenza della madre Galla Placidia, da maggiorenne nel 437 e da solo alla morte della madre nel 450: la notizia di Agnello non si inserisce in nessuno di questi dati. La denominazione "archiepiscopus" fa pensare che si tratti piuttosto di Pietro III, morto nel 578, primo di nome Pietro a fregiarsi di questo titolo.

PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	27 - de sancto Petro
PASO	Testo originale	<p>Et infra ecclesia beati Iohannis euangelistae iussit Galla Placidia pro illius sanctitate eius effigie tessellis exornari in pariete tribunali post tergum pontificis, supra sedem ubi pontifex sedet. Quae effigies ita facta: prolixam habens barbam, extensis manibus, quasi missas canit, et hostia veluti super altare posita est, et ecce angelus Domini in aspectu altaris illius orationes suscipiens est depictus. Istius temporibus Galla Placidia augusta multa dona in ecclesia Ravennati optulit et lucernam cum cereostato ex auro purissimo fecit, pensantes, ut dicunt quidam, pondere publico libras septem, una cum sua effigie scenofactoriae artis factam infra orbita et per in giro legentem: 'Parabo lucernam Christo meo'. Et hic beatissimus alapas Euangeliorum ex auro optimo et gemmis lucidissimis fecit, et effigies illius ibidem facta est, quae permanent usque in praesentem diem, et literae hoc ostendentes desuper capitis illius scripta sunt: 'Domnus petrus antistes ob diem ordinationis suae sanctae ecclesiae optulit.' Defunctus est pridie Kalendas Augusti. Sedit annos. . ., mensis. . ., dies. .</p> <p>Nella chiesa di S. Giovanni Evangelista Galla Placidia, per la sua santità, ordinò che fosse fatta a mosaico la sua effigie nella parete della tribuna, alle spalle del vescovo, sopra alla cattedra dove il vescovo siede. Questa effigie è fatta così: ha la barba lunga, le braccia spalancate, come se cantasse messa, e come sopra un altare è posta l'ostia; e vi è dipinto un angelo del Signore che accoglie le preghiere vicino all'altare. Ai tempi di questo vescovo l'augusta Galla Placidia fece molti doni alla chiesa ravennate e fece fare un lampadario per i ceri tutto d'oro purissimo del peso, come alcuni dicono, di sette libbre ufficiali, insieme con una sua effigie ricamata sotto l'orbita e intorno stava scritto: "Preparerò la lucerna al mio Cristo". Questo beatissimo fece fare le tavolette esterne dei Vangeli di oro finissimo e di splendide gemme, e vi fu fatto il suo ritratto che permane fino a oggi e sopra al suo capo stanno scritte parole che dicono: "Il signore Pietro vescovo nel giorno della sua ordinazione offrì alla santa chiesa". Morì il 31 luglio. Sedette anni..., mesi..., giorni...</p> <p>Le notizie dei vescovi S. Pietro I Crisologo, Pietro II e Pietro III sono confuse tra loro da Agnello. La chiesa di S. Giovanni Evangelista è stata fondata da Galla Placidia nel 425/426: vista l'amicizia tra il vescovo e l'imperatrice è plausibile con un suo ritratto a mosaico, fatto lui vivente, fosse nella basilica.</p>
PAST	Traduzione	
PASX	Note	
PAS	PASSO	

PASL	Localizzazione	28 - de sancto Neone
PASO	Testo originale	<p>Neon XVIII . Iste pulcrum aspectum, sanctissimam et spiritualem habuit vitam. Aedificator autem fuit superscripta ecclesia Petriana, cuius funditus aliquam partem antecessor construxerat, unde necesse e rat, successores antecessori opus implere. Dehinc fuerant omnia postquam constructa aedificia et sartatecta tenpli innovata sunt, variis coloribus depingere fecit. Fontes Ursiana ecclesia pulcerrime decoravit: musiva et auratis tessellis apostolorum imagines et nomina camera circumfinxit, parietes promiscuis lapidibus cinxit. Nomen ipsius lapideis descriptum est helementis: 'Cede vetus nomen, novitati cede vetustas, / Pulcrius ecce nitet renovati gloria Fontis. / Magnanimus hunc nanque Neon summusque sacerdos / Excoluit, pulcro componens omnia cultu'.</p> <p>Neone, bello d'aspetto, ebbe una vita santissima e spirituale. Fu costruttore della sopra indicata chiesa Petriana, di cui il suo predecessore aveva innalzato qualche parte dalle fondamenta: era perciò necessario che i successori compissero l'opera del predecessore. In seguito, quando furono innalzate le costruzioni e rinnovate le coperture del tetto sul tempio, lo fece dipingere di vari colori. Decorò splendidamente il battistero della chiesa Ursiana: dispose mosaici tutt'intorno alla volta con immagini e nomi degli apostoli di tessere dorate, rivestì le pareti di marmi diversi. Il suo nome è inciso negli elementi marmorei: "Cedi antico nome, cedi al nuovo, o antichità! Ecco risplende più bello il fasto del fonte rinnovato. Neone magnanimo e sommo sacerdote l'ha adornato, tutto disponendo con bell'ornamento".</p>
PAST	Traduzione	
PASX	Note	Episcopato di Neone: 451-468 d.C.
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	29 - de sancto Neone

PASO      Testo originale

Domum infra episcopium Ursianae ecclesiae, quae vocatur  
Quinque agubitas, a fundamentis construxit et usque ad  
effectum perduxit. Ex utraque parte triclinii fenestras  
mirificas struxit, ibique pavimenta triclinii diversis lapidibus  
ornare praecepit. Istoriam psalmi, quam cotidie cantamus,  
id est 'Laudate Dominum de caelis', una cum cathaclismo  
in pariete, parte ecclesia, pingere iussit; et in alio pariete,  
qui super amnem posito, exornari coloribus fecit istoriam  
domini nostri Iesu Christi, quando de quinque panibus et  
duobus piscibus tot milia, ut legimus, homines satiavit. Ex  
una autem parte frontis inferius triclinei mundi fabricam  
comptitavit, in qua versus descriptos exametros cotidie  
legimus ita: 'Principium nitidi prima sub origine mundi, /  
Cum mare, tellurem, caeli cum lucida regna / Virtus celsa  
Patris Natique potentia fecit; / Cumque novus sol, luna,  
dies, aurora micabit, / Ex illo astrigerum radiavit lumina  
caelum. / Unus in orbe novo vir terra virgine factus / Exiluit  
humo, insons hic corpore senso. / Iste Dei meruit vocitari  
solus imago, / Namque sui similem hominem produxit in  
orbem / Supremi genitoris amor, dominumque locavit. /  
Hunc Sator omnipotens, rerum ditissimus, ipse / Multifluis  
opibus lungum ditavit in aevum. / Isti cuncta simul silvarum  
praemia cessit, / Iussit in aeternum fetus producere terram.  
/ Huius oves niveae, nitida per gramina vaccae, / Huius et  
alticomis sonipes; fulvique leones, / Huius erant passim  
ramosi in cornua cervi, / Pinnatique greges avium  
piscisque per undas. / Omnia nanque Deus homini,  
quaecunque paravit, / Tradidit et verbo pariter servire  
coegit. / Hunc tamen in primis monitis caelestibus olim /  
Observare suam legem et vitalia iussit, / Praecepit vetita  
[auderet] ne mandere poma. / Praeceptum spernens, sic  
perdidit omnia secum'. Et in alia fronte depicta istoria Petri  
apostoli, subscriptique sunt versus metricos: 'Accipe,  
sancte, libens, parvum ne despice carmen, / Pauca tuae  
laudi nostris dicenda loquelis. / Euge, Simon Petre, et  
missum tibi suscipe munus, / In quod sumere te voluit Rex  
magnus ab alto. / Suscipe de caelo pendentia linthea plena,  
/ Missa Petro tibi, haec diversa animalia portant, / Quae  
mactare Deus te mox et mandere iussit. / In nullis dubitare  
licet, quae munda creavit / Omnipotens genitor; rerum cui  
summa potestas. / Euge, Simon Petre, quem gaudet mens  
aurea Christi / Lumen apostolicum cunctos ornare per  
annos: / In te sancta Dei pollens ecclesia fulgit, / In te  
firmum suae domus fundamenta locavit / Principis aetherei  
clarus per secula natus. / Cunctis clara tibi est virtus,  
censura fidisque. / Bis senos inter fratres in principe sistis /  
Ipse loco, legisque novae tibi dantur ab alto, / -Quis fera  
corda domas hominum, [quis] pectora mulcis /  
Christicolasque doces tu omnes esse per orbem. / Iamque  
tuis meritis Christi parat gloria regnum'. Post haec autem  
omnibus consummatis, tertio Idus Februarii obiit. Sepultus  
olim in basilica Apostolorum ante altare beati apostoli Petri  
subtus pirifreticum lapidem, quem nunc, eum nos inde  
trahentes, iuxta illius basilicae sedem sepelivimus,

traductusque est per locum qui dicitur Ad Brachium Fortis.

PAST Traduzione

Dentro all'episcopio della chiesa Ursiana innalzò dalle fondamenta e portò a conclusione l'edificio chiamato Cinque mense. Da una parte e dall'altra del triclinio aprì finestre meravigliose e fece ornare di marmi diversi il pavimento del triclinio. Sulla parete dalla parte della chiesa fece dipingere la rappresentazione del salmo che cantiamo ogni giorno, cioè "Lodate il Signore dal cielo", e il diluvio universale; nell'altra parete, che è posta verso il fiume, fece rappresentare a colori la storia di Nostro Signore Gesù Cristo, quando con cinque pani e due pesci saziò tante migliaia di uomini, come leggiamo. Poi da una parte della fronte, all'interno del triclinio, raffigurò la creazione del mondo e lì ogni giorno leggiamo versi esametri così composti: "In principio alla prima origine dello splendente universo l'eccelsa virtù del Padre e la potenza del Figlio creò il mare, la terra e il luminoso regno del cielo; e quando il nuovo sole, la luna, il giorno e l'aurora scintillarono, da allora sfolgorò di luce il cielo trapunto di stelle. Nel nuovo mondo un uomo solo, fatto di terra vergine, balzò su dal terreno, innocente nel corpo e nell'animo. Egli solo meritò di essere chiamato immagine di Dio, perché l'amore del genitore supremo mise nel mondo l'uomo simile a sé e lo fece padrone. L'onnipotente Creatore, ricchissimo di beni, gli donò abbondanza di mezzi per una lunga età, gli donò la ricchezza di tutte le selve, impose alla terra di dare prodotti in eterno. Sue erano le bianche pecore, le splendide vacche in mezzo all'erba, suoi erano lo scalpitante cavallo dall'alta criniera e i fulvi leoni, suoi qua e là i cervi dalle corna ramosi, gli stormi piumati degli uccelli e i pesci nelle onde del mare. Dio infatti affidò all'uomo tutto quanto aveva creato e ugualmente impose che tutto obbedisse alla sua parola. Tuttavia tra i primi ammonimenti divini una volta ordinò all'uomo di osservare la sua legge e le norme di vita, gli proibì di mangiare i frutti vietati. Trascurando il precetto, tutto con se stesso perdette". E nell'altra fronte è raffigurata la storia di Pietro apostolo e sotto sono scritti questi versi: "Santo, non disprezzare un piccolo carne, accetta volentieri le poche cose che in tua lode possono esprimere le nostre parole. Salve, Simon Pietro, e accogli l'incarico a te affidato, per il quale ti volle assumere il grande Re dal cielo. Prendi i teli pieni pendenti dal cielo: questi a te Pietro recano animali diversi, che Dio ti ordinò di immolare subito e di mangiare. Non ti è lecito dubitare per nessuna delle cose che l'onnipotente genitore, padrone supremo del mondo, creò pure. Salve, Simon Pietro, che l'aurea mensa di Cristo gode di avere come luce apostolica in eterno. In te vigorosa rifulge la santa chiesa di Dio, in te pose le solide fondamenta della sua casa il glorioso figlio del Re del cielo venuto nel mondo. Per tutti tu hai gloriosa virtù, facoltà di giudizio e sicurezza di fede. Siedi al primo posto tra i dodici fratelli e dall'alto ti

sono date nuove leggi, con le quali domi i fieri cuori degli uomini e ne mitighi i sentimenti, e insegni a tutti nel mondo a essere cristiani e già per i tuoi meriti la gloria prepara il regno di Cristo".

Dopo avere completato tutte queste opere, morì l'11 febbraio. Un tempo fu sepolto nella basilica degli apostoli, davanti all'altare del beato apostolo Pietro, sotto lastra di porfido; ora noi, avendolo tolto di lì, l'abbiamo seppellito vicino alla basilica stessa, avendolo trasferito nel luogo che è detto Al Braccio del Forte.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Neone: 451-468 d.C. La basilica Apostolorum corrisponde all'odierna San Francesco.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

31 - de sancto Exuperantio

PASO Testo originale

Exuperantius XIX, vir grandaevus, humilis et mitis, prudens in operibus bonis. Quod suos antecessores haedificaverunt, iste incolumis tenuit. Illius temporibus ecclesia beatae Agnetis a Gemello subdiacono istius sanctae Ravennatis ecclesiae et rectore Siciliae constructa est. Et multum ea ditavit in auro argentoque et palleis sacris, et civitatem argenteam in processu cunstruxit natalis ipsius martiris, et usque nostris temporibus perduravit. In diebus eius occisus est Felix patricius ad gradus ecclesiae Ursianae mense Mai, et facta est domna Eudoxia augusta Ravennae octavum Idus Augusti. Nihil amplius seniores nostri et longaevi mihi de eius vita retulerunt; non memorabilem habet istoriam. Aedificator Tricolli, sed non cunsummavit.

PAST Traduzione

Esuperanzio era molto vecchio, umile e mite, saggio nell'operare il bene. Conservò intatto quanto i suoi predecessori avevano costruito. Ai suoi tempi fu costruita la chiesa di S. Agnese da Gemello, suddiacono di questa santa chiesa ravennate e amministratore della Sicilia. Egli molto l'arricchì di oro e argento e drappi sacri, e in occasione della festa della martire fece fare una riproduzione argentea della città che è giunta fino a noi. Ai suoi tempi nel mese di maggio fu ucciso il patrizio Felice sui gradini della chiesa Ursiana, il 6 agosto la signora Eudossia fu proclamata Augusta a Ravenna. Nulla di più i nostri più anziani mi hanno riferito sulla sua vita, che non presenta fatti da ricordare. Fu costruttore del Tricoli, ma non lo portò a termine.

PASX Note

Episcopato di Esuperanzio: 468-477 d.C. Uccisione del patrizio Felice: 430 d.C. Proclamazione imperiale di Eudossia: 439 d.C. Il Tricoli (forse da triclinium: ambiente da pranzo del clero dell'episcopio) fu portato avanti da



molti successori e completato da Massimiano a metà VI d.C.

PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	32 - de sancto Exuperantio
PASO	Testo originale	<p>Et si aliqua aesitatio vobis hunc Pontificalem legentibus fuerit, et volueritis inquirere dicentes: 'Cur non istius facta pontificis narravit, sicut de ceteris praedecessoribus?' audite, ob hanc causam: Hunc praedictum Pontificalem, a tempore beati Apolenaris post eius decessum pene annos 800 et amplius, ego Agnellus qui et Andreas, exiguus sanctae meae huius Ravennatis ecclesiae presbiter, rogatus et coactus a fratribus ipsius sedis, composui. Et ubi inveni, quid illi certius fecerunt, vestris aspectibus allata sunt, et quod per seniores et longaevos audivi, vestris oculis non defraudavi; et ubi istoriam non inveni, aut qualiter eorum vita fuisset, nec per annosos et vetustos homines, neque per haedificationem, neque per quamlibet auctoritatem, ne intervallum sanctorum pontificum fieret, secundum ordinem, quomodo unus post alium hanc sedem optinuerunt, vestris orationibus me Deo adiuvante, illorum vitam composui, et credo non mentitum esse, quia et horatores fuerunt castique et elemosinarii et Deo animas hominum adquirentes. De vero illorum effigie si forte cogitatio fuerit inter vos, quomodo scire potui: sciatis, me pictura docuit, quia semper fiebant imagines suis temporibus ad illorum similitudinem. Et si altercatio ex picturis fuerit, quod adfirmare eorum effigies debuissim: Ambrosius Mediolanensis sanctus antistes in Passione beatorum martirum Gervasii et Protasii de beati Pauli apostoli effigie cecinit dicens: 'Cuius vultum me pictura docuerat'.</p> <p>Se qualche dubbio sorgerà in voi nel leggere questo Pontificale e vorrete chiedere: "Perché di questo vescovo non ha raccontato i fatti come per tutti i predecessori?", ascoltate il motivo. Questo Pontificale, dal tempo di Sant'Apollinare per 800 anni e più dopo la sua morte, l'ho composto io Andrea Agnello, umile sacerdote di questa mia santa chiesa ravennate, pregato e costretto dai confratelli della stessa sede. Quando trovai che cosa di sicuro essi fecero, fu riferito in vostra presenza e non negai ai vostri occhi quanto appresi dai più anziani; quando non potei trovare dati storici o quale fu la loro vita, né per quanto dicevano i più vecchi né attraverso iscrizioni né in base a qualsivoglia testimonianza, per non lasciare un vuoto tra i santi vescovi che in ordine uno dopo l'altro occuparono questa sede, dietro le vostre insistenze e con l'aiuto di Dio composi io la loro biografia, e credo di non aver detto bugie, perché senz'altro furono bravi a parlare, caritatevoli e in grado di conquistare le anime a Dio. Per i loro ritratti, nel caso che voi pensiate a come ho potuto</p>
PAST	Traduzione	

conoscerli, sappiate che mi hanno documentato le pitture, perché ai loro tempi sempre si facevano immagini somiglianti a loro. E se ci sarà di-scussione sul fatto che dai ritratti dipinti io ho dichiarato la loro immagine, sappiate che anche il santo vescovo milanese Ambrogio nella Passione dei santi martiri Gervasio e Protasio descrisse l'effigie del beato Paolo apostolo dicendo: "Del suo volto mi aveva informato una pittura".

PASX	Note	Dichiarazione di metodo di Andrea Agnello. La Passione dei santi Gervasio e Protasio è un testo anonimo di V-VI d.C.
------	------	--

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	33 - de sancto Exuperantio
------	----------------	----------------------------

PASO	Testo originale	Qui iussu divino pontificatum finivit et vitam 4. Kal. Iunii, sepultus est in iam dicta basilica sanctae Agnetis martiris, ante altare sub pirfiretico lapide; alii aiunt, post altare subtus pirfiretico lapide. Sedit annos. . ., menses. . ., dies. . .
------	-----------------	--

PAST	Traduzione	Per volere divino questi concluse episcopato e vita il 29 maggio e fu sepolto nella suddetta basilica di S. Agnese martire, davanti all'altare sotto una lapide di porfido; altri dicono sotto il porfido dietro all'altare. Sedette anni..., mesi..., giorni...
------	------------	--

PASX	Note	Episcopato di Esuperanzio: 468-477 d.C.
------	------	---

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	34-35 - de sancto Iohanne
------	----------------	---------------------------

PASO      Testo originale

[34] Iohannes XX, virtute valde venerabilis, pauperum nutritor, pudicitia ornatus, amator castimoniae, ad cuius orationem angelica agmina descendebat. Mediocris corpore, tenuis facie, maceratus ieiuniis, egenorum alimonia tributor. Ipsius temporibus ecclesia beati Laurentii martiris, quae sita est in Caesarea, constructa ab Lauricio maior cubiculi Honoriimperatoris, cum summa diligentia compta esse cernimus mirae magnitudinis haedificiorum.

[35] Sed tamen de iam dicta ecclesia non sileam, quomodo audivi a narrantibus. Idem Honorius caesar iussit huic Lauricio, ut in Caesarea ei palatium haedificaret. Qui sumpta pecunia in Caesarea pervenit ibique iam dictam basilicam beati martiris haedificavit. Qua cum omnibus consummatafuisset, reversus ad suum dominum, ut ei expletam aulam commissam narraret. Moxque eum turbatum invenit, et sedens imperiali habitu, ita architectum Lauricium in ira interrogare coepit, si tota regalis aula, quam ei fabricare iusserat, perfecta in suis operibus fuisset. Invidiosa et prisca fraus, malivolos homines aures imperatoris temptaverant, quod beatus Lauricius non aedes imperialis, sed ecclesia haedificasset. Qui respondens ait: magnam aulam honorifice struxisset, atria, excelsas arces et cubilia promiscua ad ipsius domus latera sufulsisset. Imperatoris ira quievit. Qui dum ex longinquo itinere Honorius augustus a Caesaream pervenisset, vidensque sublimia aedificia, placuit valde sibi; qui cum intus fuisset ingressus, veloci cursu Lauricius fugiens post sanctam aram, ut evadere potuisset. Quem cum iussisset Honorius cunprehendere, cecidit in faciem suam pronus in terram, et factus in extasim, preciosissima gemma, quam in corona capitis habebat, infixata est in una ex lapidibus. Solumque caput sursum erigens, post nebulatis oculis visumque receptum, vidit post ipsum altare beati Laurentii, quod beatissimus papa consecraverat Iohannes, stantem praedictum Lauricium et athleta Christi Laurentius manum super Lauricii colla tenentem. Tunc imperator Lauricium iustiore se iudicavit, et relicta iracundia, acsi patrem eum venerare coepit et secundum se inter omnes in palatio habuit.

[34] Giovanni fu molto venerabile per la virtù, nutritore dei poveri, ornato di onesti costumi e amante della castità. Alle sue preghiere scendevano le schiere degli angeli. Era di modesta corporatura, dai lineamenti affilati e smunto per digiuni, mentre offriva alimenti ai poveri. Ai suoi tempi da Lauricio, ciambellano dell'imperatore Onorio, fu costruita la chiesa del beato Lorenzo martire, che è situata in Cesarea: noi la vediamo ornata con somma cura nella costruzione di straordinaria grandezza. [35] Di questa chiesa non posso passare sotto silenzio quanto ho udito da coloro che me lo raccontavano. Il medesimo Onorio imperatore ordinò a questo Lauricio di costruirgli un palazzo in Cesarea. Egli, preso il denaro, andò a Cesarea e lì edificò la suddetta basilica del beato martire. Quando questa fu completata, tornò dal suo sovrano per riferire sull'esecuzione del palazzo che gli era stata affidata. Trovò subito l'imperatore tutto turbato, il quale, seduto con l'abbigliamento imperiale, pieno d'ira cominciò a domandare all'architetto Lauricio se in tutte le sue parti fosse stato completato il palazzo regale che gli aveva ordinato di edificare. Precedentemente una maldicenza invidiosa di persone malevole era giunta alle orecchie dell'imperatore, affermando che il beato Lauricio aveva costruito non un palazzo imperiale, ma una chiesa. Quello rispose di avere splendidamente costruito un grande palazzo, atri, alti torrioni e di avere addossato ai lati del palazzo stesso delle comuni stanze da letto. Si placò l'ira dell'imperatore. Quando di ritorno da un lungo viaggio Onorio Augusto si recò a Cesarea, vedendo l'imponente costruzione si compiacque molto; quando entrò, Lauricio scappò di corsa dietro il sacro altare per poter andar via. Onorio allora comandò di prenderlo, ma cadde prono con la faccia a terra e andò fuori di sé, mentre una preziosissima gemma, che portava in capo nella corona, restò infissa in una pietra. Sollevando poi soltanto il capo, recuperata la vista dopo l'annebbiamento degli occhi, proprio dietro l'altare del beato Lorenzo, che era stato consacrato dal beatissimo vescovo Giovanni, vide dritto in piedi il predetto Lauricio e Lorenzo, atleta di Cristo, che teneva la mano sul collo di Lauricio. Allora l'imperatore giudicò che Lauricio era più giusto di lui e, abbandonata l'ira, prese a venerarlo come un padre e lo tenne con sé fra tutti a palazzo.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Giovanni Angelopte: 477-494 d.C. La chiesa di San Lorenzo in Cesarea esisteva in effetti già agli inizi del V d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

36 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Vixit autem in mundi istius luce annos 96, ipsius imperator temporibus defunctus est in senectute bona. Sequebatur rex cum militibus lugentibus feretrum, sepultusque est in monasterio sanctorum Gervasii et Protasii, iuxta praedictam ecclesiam, mirabiliter decoratam musiva aurea et diversarum lapidum genera singulaque metella, parietibus iuncta. Arca vero illa, ubi praestantissimum corpus requiescit, tanta praelucida, ut quidam asserunt, fuit, ut a praetereuntibus infra pium corpus videretur. Et cur non hodie apparet, ut prisco apparebat tempore, ut nuper, dicam, didici. Nescio nomen, quis ille imperator voluit ad suam abstrahere utilitatem. Nocte quadam astitit beatus Lauricius custodi ecclesiae et dixit: 'Affer cinerem et aquam, et line sepulcrum meum et postmodum diligenter lava', Quo facto candor evanuit. Alia vero die, cum venissent caementarii ad tollendum, viderunt deteriorem, et nunciaverunt praeposito, qui super vectigalia erat, deinde nunciantes in atria principis, dimiserunt usque huc; et ipsam arcam non terra sustentant neque lapis. Et antequam in cubiculum arcae ingrediaris, manu dextera aspexeris, iuxta quod effigies trium puerorum musive depicta sunt, ibi literis aureis invenies continente ita: 'Stefano Protasio Gervasio b. martirio et sibi memoria aeterna Lauricius huius dedicavit sub die III Kal. Octubris, Theodosio XV et Placido Valentiniano'. Et in arco maioris tribunae, in quantum valuimus legere, ex parte invenimus continentem ita, quod in 4 annis et 6 mensibus aedificatio consummassent, finita sunt omnia. Et in ingressu ecclesiae repreimus scriptum, quod Opilius ipsam exornasset frontem, qui ipse Opilius multum eam ornavit in argento et auro. Et si diligentius inquiras, multus ornatus foralitiis maiorum vasculorum, tam corona, quanque et calices appensorii, quos inornamentis cernimus habere Ursiana, ex ipsa martiris basilica sublatis fuerunt. Et ipse sepultus est Opilius parte mulierum circa mediam subditam. Gemma vero illa, unde superius memoravimus, tam praestantior gemmis fuit, ut ad illius lumen noctu potuisset homo per ipsam ecclesiam gradere. Etiam, aiunt quidam, extrinsecus fulgebat, et apparet signum lapidis, ubi infixata fuit, usque in praesentem diem.

Lauricio visse nella luce di questo mondo 96 anni e morì in serena vecchiaia ai tempi di quello stesso imperatore. Il sovrano seguiva il feretro coi soldati piangenti, e fu sepolto nel monastero dei santi Gervasio e Protasio, vicino alla chiesa suddetta mirabilmente decorata di mosaici dorati, di marmi diversi e di singoli metalli, disposti sulle pareti. L'arca in cui riposa il nobilissimo corpo era tanto trasparente, come alcuni asseriscono, che chi passava di lì vi vedeva dentro il santo corpo. E dirò, come di recente ho appreso, perché il corpo oggi non si vede, come invece si vedeva un tempo. Non conosco il nome, che quell'imperatore volle sottrarre per suo interesse. Una notte il beato Lauricio apparve al custode della chiesa e disse: "Porta cenere a acqua, cospargi il mio sepolcro e poi lava con cura". Fatto ciò, il candore svanì. Un altro giorno vennero i muratori per sollevarlo, lo videro deteriorato e riferirono il fatto al preposto ai tributi e poi al palazzo del sovrano, e lasciarono il sepolcro fino a oggi trascurato. Né terra né pietre sostengono quell'arca. Prima di entrare nella cella dove sta l'arca, puoi guardare a destra, vicino al punto dove sono dipinte a mosaico le immagini dei tre fanciulli: lì troverai a lettere d'oro scritto così: "Ai beati martiri Stefano Protasio Gervasio e a sé memoria eterna dedicò Lauricio...: il 29 settembre, quando erano consoli Teodosio per la quindicesima volta e Placido Valentiniano". E nell'arco maggiore della tribuna, per quanto abbiamo potuto leggere, da una parte abbiamo trovato scritto che tutta la costruzione fu portata a termine in 4 anni e 6 mesi. Nell'entrata della chiesa troviamo scritto che Opilio aveva adornato la facciata stessa e la chiesa con molto oro e argento. Se vuoi sapere di più, c'era molta suppellettile di grandi vasi, corone e calici col manico, che ora vediamo tra gli ornamenti della chiesa Ursiana, portati via dalla basilica stessa del martire. Opilio stesso fu sepolto circa a metà della parte riservata alle donne. Quella gemma poi, di cui abbiamo parlato sopra, fu tanto fulgente più delle altre gemme che alla sua luce un uomo poteva aggirarsi di notte per la chiesa stessa. Alcuni dicono che anche all'esterno si diffondeva il suo fulgore, e nella pietra, dove restò infissa, si vede il segno ancora oggi.

PAST Traduzione

PASX Note

La data consolare riportata corrisponde al 435 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

39 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Esterna denique die modica molestia corporis coartatus, non vobis omnia valui praedicti sancti viri miracula narrare; sed tamen divina miserante clementia orationibus vestris, quae ex grandaevis viris narrantibus audivi, si verba meminero, hodie explicabo. Cum istius temporibus, postquam pont Apolenaris Ravenna cuncrematus est nocte in pasca 4. Nonas Aprilis, iuxta Strovilia Peucodis non longe ab urbe Ravenna applicitus Theodoricus fuisset cum hostibus suis in canpo qui vocatur Candiani, postquam duabus vicibus Odovacer superavit, qui illo tempore regnum Ravennae optinebat: tunc exiit Odovacer ad praedictum canpum cum exercitu suo, et superatus est tertio, et ante faciem Theodorici terga dedit, et infra civitatem se clausit. Et abiit ad Ariminum, et venit exinde cum dromonibus in Porte Lione, ubi postea palatium modicum haedificare iussit in insula, non longe a litore maris, ubi nunc monasterio sanctae Mariae esse videtur, infra balneum, non longe ab Ravenna miliario 6. Et nunc in nostris temporibus praedictum palatium servos meos demolire iussi et Ravenna perdux i in haedificia domus meae, quam a fundamentis haedificavi iure materno, quae vocatur domus presbiteralis in regione qui dicitur ad Nimpheos, iuxta ecclesiam sanctae Agnetis martiris, et ab alia parte numero bando primo, non longe a miliario aureo. Tandiuque exercitus Theodorici famis perdomuit, quamdiu coria vel alia immunda et orrida urgebantur comedere; et multa corpora, quae servata sunt gladio, famis peremit. Et factus est terraemotus magnus valde gallorum cantu 7. Kal. Ianuarii. Et dedit Odovacer Theodorico filium obsidem 5. Kal., et post 4. [Kal.] Martii est civitate Classe ingressus. Post haec autem vir beatissimus Iohannes archiepiscopus aperuit portas civitatis, quas Odovacer clauserat, et exiit foras cum crucibus et turibulis et sanctis euangelis, pacem petens cum sacerdotibus et clericis psallendo, terram prostratus, obtinuit quae petebat. Invitat novum regem de oriente venientem, et pax illa ab eo cuncta est, non solum Ravennenses cives, sed etiam omnibus Romanis, quibus beatus postulavit Iohannes. Et subiit Ravennam 3. Nonas Martias. Post paucos dies occidit Odovacrem rex in palatio in Lauro cum comitibus suis. Postquam iubente Theodorico interfectus est Odovacer, solus et securus regnavit Romanorum more. [Post] omnes adversarios devictos trigesimo regni sui anno Ravennianum exercitum Siciliam misit, depopulavit et suis ditionibus mancipavit. Et ipsius temporibus a parte aquilonis ab omnibus visum est caelum ardere. Simmachus et Boetius patricii, Theodorico iubente, carne propinqui civesque Romani, cum securibus capitibus amputati sunt. Et Iohannes papa Romanus post legationem de oriente cum Ecclesio episcopo Ravennae iussu regis Ravennam ductus, ab Theodorico coactus est et tamdiu detentus est, quamdiu mortuus, et infra carcere publico in arca marmorea sepultus est. Et supradicti patricii in alia arca sepulti sunt, quae permanent usque in praesentem diem. Theodoricus autem post 34. anno regni

sui coepit claudere ecclesias Dei et coartare christianos, et subito ventri fluxus incurrens mortuus est sepultusque est in mausoleum, quod ipse haedificare iussit extra portas Artemetoris, quod usque hodie vocamus Ad Farum, ubi est monasterium sanctae Mariae quod dicitur ad memoria regis Theodorici.

PASO      Testo originale

Sed, ut mihi videtur, ex sepulcro proiectus est, et ipsa urna, ubi iacuit, ex lapide pirfiretico valde mirabilis, ante ipsius monasterii aditum posita est. Satis vagatus sum, ivi per diversa, ad nostra revertamur.

Nella giornata di ieri, colto da piccola indisposizione fisica, non ho potuto raccontarvi tutte le meraviglie del suddetto sant'uomo; tuttavia, per la misericordia della divina clemenza e per le vostre preghiere, oggi esporrò, se ricorderò le parole, quanto ho udito raccontare da persone molto anziane. Ai tempi di questo [Giovanni], dopo che a Ravenna bruciò il ponte Apollinare nella notte di Pasqua, il 2 aprile, presso la Pineta, non lontano da Ravenna si pose Teoderico con i suoi soldati nel campo detto di Candiano, dopo aver vinto per due volte Odoacre, che in quel tempo occupava il regno di Ravenna: allora Odoacre uscì col suo esercito verso il campo suddetto e per la terza volta fu sconfitto e in faccia a Teoderico volse le spalle e si rinchiuse in città. Teoderico andò a Rimini e di là venne con dei dromoni al Porto Leone, dove poi costruì un piccolo palazzo nell'isola, non lontano dalla riva del mare, dove ora si vede il monastero di S. Maria, dentro al bagno, non lontano da Ravenna alla sesta pietra miliare [ca. 9 km]. Adesso ai tempi nostri io ho fatto demolire dai miei servi il predetto palazzo e portare a Ravenna (il materiale) per la costruzione della mia casa, che per diritto materno ho costruito dalle fondamenta ed è chiamata, casa presbiterale nella zona detta "ai Ninfei", vicino alla chiesa di S. Agnese martire, e dall'altra parte ha sede il primo reparto militare, non lontano dalla pietra miliare aurea. Tanto l'esercito di Teoderico costrinse alla fame che erano indotti a mangiare cuoio e altre cosa immonde e spaventose; e la fame fece morire molte persone sfuggite alle spade. E avvenne un terremoto molto violento il 26 dicembre al canto del gallo. E Odoacre consegnò il figlio come ostaggio a Teoderico il 25 febbraio e in seguito questo il 26 febbraio entrò nella città di Classe. Successivamente poi il beatissimo arcivescovo Giovanni aprì le porte della città, che Odoacre aveva chiuso, e uscì fuori con le croci, con i turiboli e con i santi vangeli, a domandare la pace cantando salmi con sacerdoti e chierici: prostrato a terra, ottenne quanto chiedeva. Invitò il nuovo re che veniva dall'Oriente e da quello fu concessa la pace, non solo ai cittadini di Ravenna, ma anche a tutti i Romani, per i quali il beato Giovanni l'aveva chiesta. E il re entrò in Ravenna il 5 marzo. Pochi giorni dopo uccise il re

PAST      Traduzione



Odoacre con il suo seguito nel palazzo "in Lauro". Dopo ch  per ordine di Teoderico fu ucciso Odoacre, quello regn  da solo e tranquillo secondo l'uso romano. Vinti tutti gli avversari, nel trentesimo anno del suo regno mand  un esercito ravennate in Sicilia, la fece devastare e la sottomise alla propria giurisdizione. Ai suoi tempi fu visto da tutti ardere il cielo verso settentrione. I patrizi Simmaco e Boezio, parenti carnali e cittadini romani, per ordine di Teoderico furono decapitati a colpi di scure. Anche il papa romano Giovanni, per ordine del re condotto a Ravenna col vescovo Ecclesio dopo la legazione in Oriente, da Teoderico fu tenuto prigioniero fino a quando mor  e fu sepolto in un'arca marmorea all'interno del carcere pubblico.

PAST Traduzione

Teoderico poi dopo il trentaquattresimo anno di regno cominci  a chiudere le chiese di Dio e a opprimere i Cristiani e incorrendo improvvisamente in un flusso di ventre mor ; fu sepolto nel mausoleo che egli stesso aveva fatto costruire fuori porta Artemetoris, che fino a oggi chiamiamo "al faro", dove si trova il monastero di S. Maria detto "alla memoria del re Teoderico". Ma, secondo me, egli fu tolto dal sepolcro e l'urna in cui giacque, di porfido e veramente meravigliosa, fu collocata davanti all'ingresso del monastero. Ho fatto abbastanza digressioni, ritorniamo ai nostri argomenti.

PASX Note

Episcopato di Giovanni Angelopte: 477-494 d.C. Incendio del ponte Apollinare: 488 d.C. Attestazione di re Teoderico al campo Candiano: 490 d.C. Attacco di Teoderico coi dromoni: 492 d.C. Terremoto notturno del 26 dicembre: 492 d.C. Ingresso di Teoderico a Classe poi a Ravenna: 493 d.C. Conquista ostrogota della Sicilia: 496 d.C. Processi ed esecuzioni di Boezio e Simmaco: 523-525 d.C. Legazione in Oriente e incarcerazione di papa Giovanni I: 525-526 d.C. Morte di Teoderico e sepoltura nel mausoleo: 526 d.C. Il palazzo demolito da Agnello era Santa Maria di Palazzolo, a ca. 8 km a nord di Ravenna.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

40 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Multa sanctitas in praedicto viro fuit Iohannes. Et cum ad aures Valentiniani imperatoris eius fama decrevisset, per multa tempora cupierat eum videre. Sed nihil nociva sunt. Quod superius explicare debui, ut non obmittamus, inferius notemus. Quamobrem Valentinianus, serenissimus ex patre Constantio Gallae Placidiae filius, ad sanctum pontificem properavit Iohannem, et excussa diademata capitis, vocum metu et reverentia salutavit, atque ab eo benedictione percepta, ilari vultu recessit. Non post multos dies idem Augustus sub consecratione beati antistitis Iohannis 14 civitates cum suis ecclesiis largitus est archigeralica potestate, et usque in praesentem diem 14 civitates cum episcopis sub Ravennense ecclesia redactae sunt. Una vero episcopali cathedra, civitate destructa, deest, cuius vocabulum Brintum dicitur, non longe a Bononiense urbe. Iste primus ab ipso Augusto pallio ex candida lana accepit, ut mos est Romanorum pontifici super diploidem induere, quo usus est ipse et successores sui usque in praesentem diem. Celsam etenim Valentinianus illo in tempore Ravennae tenebat arcem, regalique aula struere iussit in loco qui dicitur ad Laureta. Ideo Laureta dicitur, quia aliquando triumphalis victoria facta ibidem fuit. Antiquorum talis erat ritus, ut, quicumque de inimicis vel hostibus triumphabat, corona laurea eius capiti cingebatur, unde apud veteres 'laudis' nominabantur. Post vero sublata D litera, addita R, ipsa arbor 'laurus' dicta est. Et ipsa domus regia multo tempore Valentinianus commoratus est, et hinc atque inde ex utraque parte plateae civitatis magnismoenibus decoravit, et vectes ferreos infra viscera muri claudere iussit. Ideo tanta illius solertia fuit, ut non solum pro ornatu ferreos vectes apparerent, verum etiam, si aliquo quoque tempore gens aliqua contra hanc civitatem dimicare voluisset, ut, si non tanta arma, ut opus fuissent, inventa essent, ex ipsis vectibus sagittas lanceasque vel alios fierent gladios, aut pro aliqua utilitate, ut diximus, istius moeniae ferrum expenderent. Qui etiam istius muri civitatis multum adauxit; cingebatur autem antea quasi una ex oppidis. Et quod priscis temporibus angustiosa erat, idem Augustus ingens fecit, et iussit atque decrevit, ut absque Roma Ravenna esset caput Italiae.

Il predetto Giovanni fu uomo di grande santità. Essendo giunta la sua fama alle orecchie dell'imperatore Valentiniano, da molto tempo questo desiderava vederlo. Ma nulla vien per nuocere. Quello che avrei dovuto spiegare prima, per non trascurarlo, spieghiamolo qui sotto. Pertanto Valentiniano, serenissimo figlio di Galla Placidia dal padre Costanzo, si recò dal santo vescovo Giovanni e, toltosi il diadema dal capo, lo salutò con parole piene di timore e di rispetto, quindi, dopo avere ricevuto la sua benedizione, si allontanò con volto sereno. Non molti giorni dopo il medesimo augusto imperatore durante la consacrazione del beato vescovo Giovanni gli elargì 14 città con le loro chiese in potestà archiieratica e fino a oggi le 14 città con i loro vescovi sono sottoposte alla chiesa ravennate. In verità manca una cattedra episcopale, essendo stata distrutta la città chiamata Brintum, non lontano da Bologna. Questo vescovo per primo ricevette dall'imperatore stesso il pallio di lana candida, quale porta il pontefice romano sopra al manto, che poi egli e i suoi successori portarono sempre fino al giorno d'oggi. In quel tempo teneva l'eccelsa rocca di Ravenna Valentiniano e fece costruire un palazzo reale nel luogo detto "ai Laureti". Si dice Laureta perché lì un tempo si celebrò il trionfo per una vittoria. Presso gli antichi esisteva il rito che chiunque trionfasse sui nemici, si cingesse il capo di una corona d'alloro, che dagli antichi veniva detta laudis. In seguito, soppressa la lettera D e aggiunta la lettera R, l'albero stesso venne detto laurus. Valentiniano abitò a lungo in quel palazzo reale e da una parte e dall'altra della piazza arricchì la città di grandi mura e fece chiudere all'interno del muro spranghe di ferro. E fu tanta la sua solerzia che non solo apparivano come ornamento le spranghe di ferro, ma anche, se in qualche momento un popolo avesse voluto combattere contro questa città e se non si fossero trovate tante armi quante erano necessarie, dalle spranghe stesse si sarebbero ricavate frecce, lance e altre spade, oppure per qualche altra utilità queste mura avrebbero offerto il ferro, come abbiamo detto. Valentiniano rafforzò molto le mura di questa città; precedentemente essa era cinta come una fortezza. Mentre nei tempi antichi era piuttosto angusta, il medesimo imperatore l'ampliò e ordinò e decise che, a parte Roma, Ravenna fosse capitale d'Italia.

PAST Traduzione

PASX Note

La prima parte è basata su falsi documenti forse dell'VIII d.C. Brintum può essere una corruzione dei manoscritti per Brixellum, oppure un'invenzione degli estensori del falso documento. Il palazzo Ad Laureta è in effetti una costruzione di Galla Placidia e Valentiniano III: è il palazzo imperiale di Ravenna.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

41 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Interea cum illo in tempore mater Valentiniani, augusta Galla Placidia ecclesiam sanctae Crucis redentricis nostrae aedificaret, nepta ipsius nomine Singledia nocte quadam per visum ammonita, cui astitit vir in candidis vestimentis, canitie capitis decoratus pulcerrimaque barba, dixit: 'In illo et illo loco non longe ab hac sanctae Crucis ecclesia, quam amita tua haedificare iubet, quantum iactum sagitta est, construe mihi monasterium, sicut designatum inveneris. Et ibi cum inveneris in terra crucis similitudinem, sit ibi altarium consecratum. Et inpone in eum Zachariae vocabulum, praecursoris pater'. Qua mox evigilans, cucurrit citius ad locum, ubi designatio illi ostensa fuerat; invenit, quasi ad manus hominis cavatum fundamentum fuisset. Quae mox procurrens, retulit augustae cum gaudio magno et petiit ab ea operarios; largivitque illi 13 haedificatores. Et statim coepit haedificare, ut designatum in bisseosque dies et unum insuper omnia cunstruxit et ad effectum perduxit. Et cunsecravit ditavitque eum in auro et argento et coronis aureis et gemmis preciosissimis et calices aureos, quos in nativitate Domini procedunt, per quos sanguinem Domini potamus; in sancta Ursiana ecclesia inde fuerunt. Et iuxta labellum calicis sic invenimus scriptum: 'Offero sancto Zacharia Galla Placidia augusta'. Ipsaque Singledia ibidem requiescit; sepulcrum eius nobis agnitum est. Galla vero augusta haedificavit ecclesiam sanctae Crucis preciosissimis lapidibus structa et gipsea metalla sculpta; et in rotunditate arcus versus metricos continentes ita: 'Christum fonte lavat paradisi in sede Iohannes, / Quo vitam tribuit felicem, martirem moberat'. Et in fronte ipsius tenpli, introeuntes pili ianuas, desuper depictis quatuor paradisi flumina versus exametros et pentametros, si legeritis, invenietis: 'Christe, Patris verbum, cuncti concordia mundi, Qui ut finem nescis, sic quoque principium. Te circumstant dicentes ter 'sanctus' et 'amen', Aligeri testes, quos tua dextra reget. Te coram fluvii currunt per secula fusi Tigris et Eufrates, Fison et ipse Geon. Te vincente, tuis pedibus calcata per aevum Germanae morti crimina saeva tacent.' Et dicunt quidam, quod ipsa Galla Placidia augusta super quatuor rotas rubeas marmoreas, quae sunt ante nominatas regias, iubebat ponere cereostatos cum manualia ad mensuram, et iactabat se noctu in medio pavimento, Deo fundere preces, et tamdiu pernoctabat in lacrimis orans, quamdiu ipsa lumina perdurabant.

Frattanto, mentre in quel tempo la madre di Valentiniano, l'augusta Galla Placidia, faceva costruire la chiesa della Santa Croce nostra redentrice, sua nipote di nome Singledia una notte ebbe in sogno un'ammonizione: le apparve un uomo in vesti candide, ornato di capelli bianchi e di bellissima barba, il quale le disse: "Nel luogo non lontano da questa chiesa della Santa Croce, che tua zia sta facendo costruire, distante da essa quanto un tiro di freccia, costruiscimi un monastero, come troverai tracciato. E dove troverai in terra un segno di croce, lì sia consacrato un altare. Dagli il nome di Zaccaria, padre del precursore". Appena sveglia, corse subito al luogo in cui le era stato detto che c'era il tracciato e trovò delle fondamenta come tracciate da mano umana. Subito andò di corsa a riferire la cosa all'imperatrice e le chiese degli operai: le furono concessi 13 costruttori. Immediatamente cominciò la costruzione secondo il tracciato che aveva trovato e in 13 giorni portò a termine la costruzione. Consacrò il monastero e lo dotò d'oro, d'argento, di corone d'oro, di gemme preziosissime e di calici d'oro, che si mettono fuori nella Natività del Signore e nei quali beviamo il sangue del Signore; in seguito questi furono messi nella santa chiesa Ursiana. Vicino all'orlo di un calice troviamo scritto: "Io Galla Placidia Augusta offro al santo Zaccaria". Lì riposa la stessa Singledia e noi abbiamo compiuto la ricognizione del suo sepolcro. L'augusta Galla poi edificò la chiesa della Santa Croce rivestita di marmi pregiatissimi e di rilievi marmorei; nella curva dell'arco stanno dei versi che dicono: "Nel paradiso Giovanni battezza Cristo alla fonte; Colui che dona la vita felice indica il martire". E sulla fronte del tempio stesso, passando tra i pilastri della porta, sopra ai quali sono dipinti i quattro fiumi del paradiso, se leggerete, troverete esametri e pentametri che dicono: "Cristo, verbo del Padre, concordia di tutto il mondo, che non conosci né fine né principio, Te circondano i testimoni alati, che la tua destra governa, dicendo tre volte 'Santo' e 'Amen'. Davanti a Te per i secoli scorrono i fiumi Tigri, Eufrate, Fison e Geon. Per la tua vittoria, calpestati per sempre dai tuoi piedi tacciono i crimini crudeli fratelli germani alla morte". E dicono alcuni che la stessa augusta Galla Placidia su quattro dischi di marmo, che si trovano davanti alla suddetta porta principale, faceva porre dei lampadari con manuali di preghiera a misura e di notte si gettava sul pavimento a pregare Dio e passava la notte pregando in lacrime finché duravano le lucerne.

PAST Traduzione

PASX Note

Costruzione della chiesa di Santa Croce e del monastero di San Zaccaria da parte dell'imperatrice Galla Placidia e della sua parente Singledia: secondo quarto V d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

42 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Et si vultis eius inquirere annalogiam, Maximiani archiepiscopi cronicam legite; ibi plura de ea et de multis imperatoribus et regibus invenietis. Ipsa quoque augusta, postquam a quodam Athulpo relicta est, ab Honorio imperatore Constantio comiti in matrimonium data est, et post se quasi successorem imperator reliquit. Unoque anno Constantius post mortem Honorii gentibus imperavit, morbo correptus vitales auras amisit; et reliquit filium modicum Gallae, Valentinianum nomine. Cum bis ternos annos et quatuor tempora anni Valentinianus esset, divo Honorio, patruo suo, in imperium successit, qui triginta et unum annis in imperio durans, Romae occisus est in loco qui vocatur ad Laurum. Gallo vero non vidit necem filii, quia antea Roma obiit 5. Kal. Decembris. Apparuit post haec stella in caelo ardens per dies 30, et capta et fracta est Aquileia ab Hunis. Arsit Ravenna Idus Martii, et multas opes ab igne crematae sunt. Sepulta est Galla Placidia in monasterio sancti Nazarii, ut aiunt multi, ante altarium infra cancellos, quos fuerunt aerei, qui nunc lapidei esse videtur. Aedificavitque ecclesiam sancti Iohannis euangelistae. Cum esset angustiosa per discrimina maris gradiens, orta procella, carina quassante a fluctibus, putans mergere in profundum, Deo votum vovit de apostoli ecclesia: liberata est a furia maris. Et infra tribunam ipsius ecclesiae super capita imperatorum et augustarum legitur ita: 'Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, a templo tuo Ierusalem tibi offerent reges munera'. Et desuper alium versum invenies sic legentem: 'Sancto ac beatissimo apostolo Iohanni euangelistae Galla Placidia augusta cum filio suo Placido Valentiniano augusto et filia sua Iusta Grata Honoria augusta liberationis periculum maris votum solverent'. Iterumque aedificavit ecclesiam sancti Stephani in Arimino.

PAST      Traduzione

Se volete informarvi su questo suo comportamento, leggete la cronaca dell'arcivescovo Massimiano; lì troverete molte notizie su di lei e su molti imperatori e re. L'augusta stessa, quando fu lasciata da un certo Ataulfo, dall'imperatore Onorio fu data in moglie al conte Costanzo, che egli lasciò come suo successore. Costanzo, dopo la morte di Onorio, regnò sui popoli per un solo anno e, colto da malattia, perdette lo spirito vitale; lasciò a Galla un figlio piccolo, di nome Valentiniano. All'età di sei anni e quattro mesi successe nell'impero al divo Onorio, suo zio, e dopo avere regnato per trentuno anni, fu ucciso a Roma nel luogo detto "al Lauro". Galla non vide la morte del figlio, perché morì precedentemente a Roma il 27 novembre. Dopo questi fatti apparve in cielo una stella che brillò per trenta giorni e Aquileia fu conquistata e devastata dagli Unni. Alle Idi [15] di marzo Ravenna bruciò e molte ricchezze andarono distrutte dal fuoco. Come dicono molti, Galla Placidia fu sepolta nel monastero di S. Nazario, davanti all'altare, oltre ai cancelli, che erano di bronzo, mentre ora appaiono di marmo. Costruì anche la chiesa di

S. Giovanni Evangelista. Mentre angosciata procedeva tra i pericoli del mare, scoppiata una tempesta, credendo di affondare perché la nave era squassata dai flutti, faceva voto a Dio di una chiesa dedicata all'apostolo e fu libera dalla furia del mare. Sotto la tribuna di questa chiesa, sopra alle teste degli imperatori e delle auguste si legge così: "Conferma, Dio, quello che hai operato in noi, dal tuo tempio di Gerusalemme ti offriranno doni i re". E ancora più su troverai un altro verso che dice: "L'augusta Galla Placidia col figlio suo augusto Placido Valentiniano e con la figlia sua augusta Giusta Grata Onoria per la liberazione dal pericolo del mare scioglie il voto al santo e beatissimo apostolo Giovanni Evangelista". Costruì anche la chiesa di S. Stefano a Rimini.

La cronaca dell'arcivescovo Massimiano è perduta. Rilascio di Galla Placidia e matrimonio con Costanzo III: 417 d.C. Costanzo III non successe ad Onorio, ma nel 421 d.C. fu per qualche mese suo collega imperatore. Viaggio per mare da Oriente a Ravenna ed elezione imperiale di Valentiniano III: 425 d.C. Costruzione di San Giovanni Evangelista: 426 ca. d.C. Morte di Galla Placidia: 450 d.C. Apparizione della stella e saccheggio unno di Aquileia: 452 d.C. L'uccisione di Valentiniano III avvenne a Roma: 455 d.C. Incendio delle idi di marzo: 455 d.C. Il monasterium di San Nazario è probabilmente il nome originale dell'edificio oggi noto come mausoleo di Galla Placidia, che in realtà non ha mai ospitato le spoglie dell'imperatrice, morta e sepolta a Roma.

PASX      Note

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

44 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Igitur dum beatissimus papa, qui Ravennas praesul [hic nominatur], superius nominatus Iohannes in basilica beatae Agathae missarum solempnia caneret, cum omnia expleret iuxta ritum sanctorum pontificum, post lectionem euangelii, post protestationem, cathecumini viderunt mirabilia, quibus datum fuit videre. Cum autem beatissimus inciperet canonica verba cum supplicationibus Deo dare et super hostiam signum crucis imprimere, subito angelus de caelo venit et stetit ex altera parte altaris in conspectu ipsius pontificis. Et post expletam sanctificationem, corpus Domini percepisset, voluit diaconus adimplere levita ministerium, non viderat, quod erat calicem porrigere. Subito amotus ab angelo est, et sanctum calicem angelus pontifici porrexit. Tunc universi sacerdotes cum populo coeperunt timere et orrere, videntes sanctum calicem a semetipso inclinato ab ore pontificis et iterum in aere se super sanctum altare recipi. Intentio magna valde in populo adcrevit; alii dicebant: 'Non levita dignus', alii adfirmabant: 'Non, sed visitatio caelestis'. Et tam diutissime angelus iuxta sanctum virum stetit,

quousque expleta fuisset solempnia missarum. Non post multum temporis, benedictis filiis suis, Ravennenses cives, cum alacritate, quasi ad dapes invitatus, alacri vultu dies cum vita finivit Non. Iunii. Sepultus est in praedicta sancta martiris Agathae basilica post altare, in eo loco, ubi angelum stante vidit; effigiemque eius super sedilia depictam cotidie conspiciamus. Apparet, quod fuisset tenui forma et nigri capilli, paucos canos. Sed sanctitate aetatem superavit, quia caelestis Dominus plus mentes quam aetates comprobatur. In sensibus fides geritur, non in annis. Et ad eius effigiem infra orbita intus in ecclesia Ursiana per omnem noctem, usque quo suffixa ecclesia renovata est, clari luminis candela fulgebat. Ego enim, fratres, sicut promisi, in quantum valui, favente Deo, istius vitam finivi. Modo sanctum Petrum Crisologum ipsius successorem intromittam.

Costruì anche la chiesa della beata Maria detta Formosa a Pola, dove fu diacono, e splendidamente l'ornò di marmi diversi. Egli stesso fece costruire la casa dove abita, in quella città, il rettore di questa chiesa e donò alla Chiesa di Ravenna tutti i suoi beni, che ancora oggi possediamo. A Ravenna la chiesa di Sant'Andrea apostolo, non lontano dalla zona Ercolana, con ogni cura la fece sostenere da colonne di marmo e, tolte le vecchie strutture di legno di noce, la decorò di marmo del Proconneso. Allora tentava di far trasferire a Ravenna il corpo dello stesso apostolo. Avendo saputo ciò, l'imperatore costantinopolitano ordinò al beato Massimiano di venire a Costantinopoli e di portare con sé il santo corpo dell'apostolo. Rallegratosi di ciò, l'imperatore gli disse: "Non ti dispiaccia, padre, che, come Roma in quanto prima tiene un fratello, questa città che è seconda tenga l'altro. Esse sono sorelle e questi due sono fratelli. Non te lo voglio concedere, perché dove è la sede dell'impero starà bene che ci sia il corpo di un apostolo". Allora il beatissimo Massimiano disse: "Fa come comandi; soltanto ti chiedo che in questa notte io e i miei sacerdoti possiamo cantare i salmi vicino a questo santo corpo". Subito l'imperatore acconsentì. Allora rimasero in veglia per tutta la notte, poi, dopo aver tutto compiuto, Massimiano prese una spada e, recitata una preghiera,

recise la barba dell'apostolo fino al mento. Portò non sé anche le reliquie di molti altri santi col favore dell'imperatore; quindi tornò alla propria sede. E per la verità, fratelli, se egli avesse sepolto qui il corpo del beato Andrea, fratello del principe Pietro, mai e poi mai i pontefici di Roma ci avrebbero così soggiogato.

PASX Note

Episcopato di Massimiano: 546-556 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

77 - de sancto Massimiano

PASO Testo originale

Consecravit ecclesiam beati Apolenaris pontificis in Classe sitam et beati Vitalis martiris in Ravenna et beati archangeli Michaelis hic Ravennae, quam Bacauda cum sancta recordationis memoria Iuliano argentario aedificavit in regione qui dicitur Ad Frigiselo. Ibique invenietis in camera tribunae ita legentem: 'Consecuti beneficia archangeli Michaelis Bacauda et Iulianus a fundamentis fecerunt et dedicaverunt sub die Non. Mai quater p. c. Basili iunioris viri clarissimi consulis, ind. VIII'. Et, ut asserunt quidam, hic Bacauda gener praedicti Iuliani fuisset, et in arca saxea non longe ab ipsa archangeli ecclesia infra turrem Bacauda requiescit. Et in tribuna beati Vitalis eiusdem Maximiani effigies atque augusti et augustae tessellis valde comptitatae sunt. Quamdiu possumus de hoc sancto viro tantam bonitatem referre, deficit mihi tempus narrationis. Iste plus omnibus laboravit quam ceteri pontifices praedecessores sui. Illius temporibus haedificatus est numerus vicinus domui meae qui dicitur bandus primus, non longe a miliario aureo, et illius nomen etiam in tegulis exaratum invenimus ita: 'Maximianus episcopus Ravennae', quod ego vidi et legi. In ardicaque beati Apolenaris et Vitalis tabulas descriptas iuvenietis magnis literis continentes ita: 'Beati Apolenaris sacerdotis basilica, mandante vero beatissimo Ursicino episcopo, a fundamentis Iulianus argentarius aedificavit, ornavit atque dedicavit, consecrante vero beato Maximiano episcopo die Non. Maiarum ind. XII, octies p. c. Basili'. In ardica beati Vitalis ita invenietis: 'Beati martiris Vitalis basilica, mandante Ecclesio vero beatissimo episcopo, a fundamentis Iulianus argentarius aedificavit, ornavit atque dedicavit, consecrante vero reverentissimo Maximiano episcopo sub die XIII [Kal. Mai] sexies p. c. Basili iunioris [v. c., indictione X]'. Corpus vero beati Probi cum ceteris sanctorum pontificum corporibus iste sanctus vir aromatibus condivit et bene locavit, et in fronte ipsius ecclesiae beatorum Probi et Eleuchadii et Caloceri effigies tessellis variis decoravit, et sub pedibus eorum invenietis. .

.....

Consacrò la chiesa del beato vescovo Apollinare situata in Classe e qui a Ravenna consacrò quelle del beato martire Vitale e del beato arcangelo Michele: questa fu costruita da Bacauda con Giuliano argentario di santa memoria nella zona detta Ad Frigiselo. Lì, nella volta dell'abside, troverete scritto così: "Ottenuto l'aiuto di Michele arcangelo Bacauda e Giuliano costruirono dalle fondamenta e fecero la dedicazione il giorno 7 maggio, nell'anno quarto dopo il consolato dell'illustrissimo Basilio il giovane, indizione VIII". Come affermano alcuni, questo Bacauda sarebbe stato il genero del suddetto Giuliano e il suo corpo riposa in un arca di sasso non lontano dalla chiesa stessa dell'arcangelo, dentro la torre Bacauda. Nella tribuna di San Vitale sono state composte magnificamente a mosaico le immagini del medesimo Massimiano, dell'imperatore e dell'imperatrice. Mi manca il tempo per dire tutto il bene che potremmo di questo santo uomo. Egli lavorò più di tutti gli altri vescovi suoi predecessori. Ai suoi tempi fu edificata vicino alla mia casa la sede del reparto detto "bando primo", non lontano dal miliario aureo, e troviamo il suo nome ancora inciso nelle tegole così: "Massimiano vescovo di Ravenna"; l'ho visto e letto io. Nell'ardica di Sant'Apollinare e in quella di San Vitale troverete delle lapidi che recano inciso a grandi lettere così: "Giuliano argentario, per mandato del beatissimo vescovo Ursicino edificò dalle fondamenta la basilica del beato sacerdote Apollinare, la ornò e la dedicò, essendo consacrante il beato vescovo Massimiano, il 7 maggio, indizione XII, nell'anno ottavo dopo il consolato di Basilio". Nell'ardica di S. Vitale troverete così: "Giuliano argentario, per mandato del beatissimo vescovo Ecclesio, edificò dalle fondamenta la basilica del beato martire Vitale, la ornò e la dedicò, essendo consacrante il reverendissimo vescovo Massimiano, il 19 aprile, nell'anno sesto dopo il consolato di Basilio il giovane, indizione X. Questo sant'uomo cospargesse di aromi il corpo di San Probo con quelli degli altri santi vescovi e li sistemò bene, e sulla fronte della chiesa stessa fece riprodurre con tessere musive varie le immagini dei beati Probo, Eleucadio e Calocero, e sotto ai loro piedi troverete [...]

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Massimiano: 546-556 d.C. Consacrazione di San Michele in Africisco (che Agnello dice Ad Frigiselo): 545 d.C. Consacrazione di San Vitale: 547 d.C. Consacrazione di Sant'Apollinare in Classe: 549 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

78 - de sancto Massimiano

PASO      Testo originale

Navigaverat iam hic beatissimus antea partibus orientalis, sicut ipse in suis voluminibus loquitur dicens: 'In Alexandria vero nulla extrinsecus mali causa, sed quod genus hominum ferox, seditiosum, semper inquietum est, civile inter se motum est bellum; non virtutis merito, neque ob defensionem, sed ob necem atque interitum civium, commoti universi praefectum suum intra ecclesiam occiderunt, quod iam antea aliquanti similiter episcopum suum accusantes hereticum interfecerant. Quo comperto, imperator in iram versus, funditus civitatem iussit everti. Denique misso alio praefecto nomine Laudicio, intra ipsam civitatem 40 viros per singulas regiones in ligno suspendit. Sed tunc elaboravit Dioscorus, eiusdem [urbis] episcopus, et manifeste posuit animam suam pro ovibus suis; electique ex heremo monachi aput imperatorem properant atque [pro] excessu civium veniam exorant. Tunc imperator cessit sacerdotibus et deinceps cavere a talibus mandavit. Huic episcopo apud Alexandriam Timotheus successit, quem ego navigans orientem in sua civitate bene administrantem vidi. Sed ante pauca Nazarba civitas Ciliciae terraemoto facto concidit, in qua perisse ferunt amplius 30 milia hominum'. Haec pontificis verba sunt. Post beatum Ierohimum et Orosium vel alios historiographos iste in cronicis laboravit, et ipsossecutus, per diversos libros nobiliorum principum, non solum inperatorum, sed et regum et praefectorum, suam propriam chronicam exaravit.

PAST      Traduzione

Precedentemente questo beatissimo aveva navigato verso l'oriente, come egli stesso racconta nei suoi volumi dicendo: "In Alessandria, senza che il male fosse provocato dall'esterno, ma perché quello è un popolo feroce, sedizioso e sempre turbolento, scoppiò una guerra civile; non certo per valore né per motivi di difesa, ma solo per dare morte ai cittadini, tutti si sollevarono e uccisero il loro prefetto all'interno della chiesa, come qualche tempo prima avevano similmente ucciso il loro vescovo accusandolo di eresia. Appreso ciò, l'imperatore si adirò e diede ordine di distruggere la città dalle fondamenta. Finalmente, mandato un altro prefetto di nome Laudicio, fece impiccare dentro alla città 40 uomini per ogni quartiere. Allora Dioscoro, vescovo di quella città, si diede da fare e pose l'anima sua per le proprie pecore; dei sacerdoti fatti venire da un eremo si recarono dall'imperatore e chiesero perdono per le colpe dei cittadini. Allora l'imperatore cedette alle preghiere dei sacerdoti e raccomandò che in seguito si astenessero da tale comportamento. In Alessandria a questo vescovo successe Timoteo, che io, mentre navigavo verso l'oriente, vidi governare bene la chiesa nella sua città. Poco tempo prima Nazarba, città della Cilicia, fu distrutta da un terremoto, per il quale dicono che morirono più di trentamila persone". Queste sono parole del vescovo. Dopo San Girolamo e Orosio o altri storiografi costui



compose delle cronache e seguendo il loro esempio scrisse la propria cronaca in diversi libri parlando di nobili principi, non solo di imperatori, ma anche di re e di prefetti.

PASX      Note

Unico brano della perduta opera geografico-odeporica dell'arcivescovo Massimiano, composta a Ravenna a metà VI d.C.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

79 - de sancto Massimiano

PASO      Testo originale

Istius vero temporibus pugna facta est inter Gothos et milites exercitus Narsis in Kal. Octubris in Canpania; et caesi sunt Gothi, et corpora hominum Gothorum multa mortua sunt, et occisus est Theia rex Gothorum a Narsi. Et reversus est in pace et venit Lucam, expulit inde Gothos mensis Septenbris. Et restituta est civitas Foro Cornelii ab Anthiocho praefecto. Et iterum venit Ravenna praedictus Narsis cum victoria magna; deinde ivit Romam, et perrexit in Canpaniam in castrum Cumas et ibi moratus est. Post haec autem Manicheorum hereses exorta est in civitate Ravenna, quam orthodoxi christiani convincentes, eiecerunt extra civitatem, in loco qui dicitur Fossa Sconii iuxta fluvium lapidibus obruerunt, et mortui sunt in peccatis suis, et ablata sunt mala a Ravenna. Post tertium vero annum signum ruboris apparuit in caelum die 11. mensis Novembris; mortuusque est papa Pelagius die 3. mensis Martii. Tunc Narsis patricius cum exercitu suo Romam perrexit. Et in ipso tempore multa signa et prodigia facta sunt circa Ravennam, ita ut multi signarent res suas et domos et vasa, ut agnoscerentur, et a multis apparebant visiones in die, quasi homines secum loquentes facie ad faciem. Et pugnaverunt contra Veronenses cives, et capta est Verona civitas a militibus 20. die mensis Iulii. Et visum est aliud signum magnum et terribile, et ecce in aere quasi hominum pugna inter se dimicantes velut in praelium 8 Kal. Augusti, hora diei tertia die 2. feria, et exinde terrii sunt multi. Hora est iam claudendi hanc lectionem, ut quod sequitur crastino audiamus.

Ai tempi di questo ebbe luogo una battaglia fra i Goti e i soldati dell'esercito di Narsete, il 1° ottobre in Campania; i Goti furono sconfitti e molti morirono e Teia, il re dei Goti, fu ucciso da Narsete. Questi tornò in pace, andò a Lucca e ne cacciò i Goti nel mese di settembre. E la città di Imola fu ricostruita dal prefetto Antioco. Il predetto Narsete dopo la grande vittoria tornò a Ravenna; quindi andò a Roma e proseguì per la Campania fino alla fortezza di Cuma e lì sostò. In seguito sorse nella città di Ravenna l'eresia dei Manichei: i cristiani ortodossi li legarono, li cacciarono fuori dalla città, li lapidarono nel luogo che è detto "Fossa di Sconio" vicino al fiume ed essi morirono nei loro peccati,

PAST      Traduzione

ma il male fu tolto da Ravenna. Tre anni dopo un segnale rosso apparve in cielo l'11 novembre; il 3 marzo morì papa Pelagio. Allora il patrizio Narsete col suo esercito andò a Roma. Nello stesso tempo intorno a Ravenna si ebbero molti segni e prodigi, tanto che molti segnavano le loro cose e le case e i vasi, perché fossero riconosciuti, e a molti apparivano visioni in pieno giorno come di uomini che parlavano con loro a faccia a faccia. E combatterono contro i Veronesi e la città di Verona fu presa dai soldati il 20 luglio, lunedì, all'ora terza del giorno, e per questo molti furono atterriti. Ormai è ora di concludere questa lettura e quanto segue lo udremo domani.

Episcopato di Massimiano: 546-556 d.C. Battaglia dei Monti Lattari in Campania: 552 d.C. Conquista di Lucca: 553 d.C. Residenze di Narsete a Classe e Ravenna: inverno 553-554 e primavera 554 d.C. Presenza a Cuma in preparazione della battaglia del Volturno contro i Franchi: 554 d.C. Morte di papa Pelagio I: 561 d.C. Resa degli Ostrogoti di Verona: 562 d.C. La presenza dei manichei a Ravenna e la visione del segno celeste si potranno porre al 555-558 ca. d.C. La ricostruzione di Forum Cornelii da parte del prefetto Antioco, che nell'elenco di Agnello si collocherebbe al 552-553 d.C., non è altrimenti attestata e non è di facile accettazione ed interpretazione.

PASX      Note

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

80 - de sancto Massimiano

PASO      Testo originale

Fecitque duo crismataria vascula, quorum unus libras habuit quatuordecim, mirifice anagrifa operatione, sed ante tempus nuper periit Petronacis archiepiscopi tenporibus, aliud vero permanet in praesenti, pulcherrime operatum, in quo legitur: 'Servus Christi Maximianus archiepiscopus hunc crismatarium ad usus fidelium fecit fieri'. Iussit ipse endothim bissinam preciosissimam, cui similem nunquam videre potuimus, aculis factam, omnem Salvatoris nostri historiam cuntinentem. In sancto die epiphaniae super altarium Ursianae ecclesiae ponitur. Sed non tota cunplevit; succesor ipsius explevit unam partem. Quis similem videre potuit? Non potest aliter aestimare ipsas imagines aut bestias aut volucres, quae ibi factae sunt, nisi quod in carne omnes vivae sint. Et ipsius Maximiani effigies in duobus locis praeclare factae sunt, una maior et altera minor, sed nulla inter maiorem et minorem distantia est. In minore habet literas exaratas, continentes ita: 'Magnificate Dominum mecum, qui me de stercore exaltavit'. Fecitque aliam endothim ex auro, ubi sunt omnes praedecessores sui, auro textiles imagines fieri iussit. Fecitque tertiam et quartam cum margaritis, in qua legitur: 'Parce, Domine, populo tuo, et memento mei peccatori, quem de stercore exaltasti in regno tuo'. Crucem

vero auream maiorem ipse fieri iussit et preciosissimis gemmis et margaritis ornavit, iachintos et amethystos et sardios et smaragdos, et infra aurum medio loco crucis de ligno sanctae redemptricis nostrae crucis, ubi corpus Domini pependit, occultavit. Est autem auri maximum pundus.

Fece fare due vasi per gli oli sacri, uno dei quali pesava 14 libbre, magnificamente cesellato: ma questo andò perduto recentemente ai tempi dell'arcivescovo Petronace; rimane ancora l'altro, lavorato splendidamente, nel quale si legge: "L'arcivescovo Massimiano servo di Cristo fece fare questo crismatario per l'uso dei fedeli". Fece fare un drappo di bisso, preziosissimo, simile al quale non abbiamo mai potuto vederne un altro, lavorato con l'ago, che contiene tutta la storia del nostro Salvatore. Nel giorno santo dell'Epifania viene posto sull'altare della chiesa Ursiana. Non lo completò e una parte la fece il suo successore. Chi ha potuto vederne uno simile? Non viene da pensare altro se non che siano tutte vive nella loro carne le immagini di bestie e uccelli che lì sono state fatte. In due punti è stato egregiamente fatto il ritratto di Massimiano stesso: uno è più grande, l'altro più piccolo, ma tra il maggiore e il minore non c'è alcuna differenza. Nel minore sono tracciate queste parole: "Magnificate con me il Signore, che mi ha sollevato dallo sterco". Fece un altro drappo d'oro, in cui sono i ritratti di tutti i suoi predecessori con fili d'oro intessuti. Ne fece fare anche un terzo e un quarto, con perle, nel quale si legge: "Perdona, Signore, il tuo popolo e ricordati di me peccatore, che dallo sterco hai sollevato al tuo regno". Fece fare anche una grande croce d'oro con preziosissime gemme e perle: giacinti, ametiste, cornaline e smeraldi; dentro all'oro, nel centro, nascose del legno della nostra santa redentrice croce, alla quale fu appeso il corpo del Signore. Grandissimo è il peso dell'oro.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Massimiano: 546-556 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

81 - de sancto Massimiano

PASO Testo originale

Fecitque omnes ecclesiasticos libros, id est septuaginta duo, optime scribere, quos diu et cautissimie legit, absque reprehensione nobis reliquit, quibus usque hodie utimur. Et ultimo loco euangeliorum et apostolorum epistolarum, si requirere vultis, ipsius literas invenietis ita monentes: 'Emendavi cautissime cum his, quae Augustinus, et secundum euangelia, quae beatus Ieronimus Romani misit et parentibus suis direxit, tantum ne ab idiotis vel malis scriptoribus vicientur'. Edidit namque missales per totum circulum anni et sanctorum omnium. Cotidianis namque et quadragesimalibus temporibus, vel quicquid ad ecclesia

ritum pertinet, omnia ibi sine dubio invenietis; grande volumen mire exaratum. Modicum de illius habemus dictis. Quae Romam transmeata sunt, et quantum ibidem cogniti sunt Romulides, qui viderunt, 12 libros sub uno volumine exaratos.

Fece trascrivere ottimamente tutti i settantadue libri della chiesa, che leggeva a lungo e con molta attenzione e li lasciò a noi senza mende e ancora oggi li usiamo. E al termine dei vangeli e delle lettere degli apostoli, se volete cercare, troverete le sue parole che così avvertono: "Con molta attenzione ho emendato seguendo Agostino e i vangeli che San Girolamo mandò a Roma e fece avere ai suoi parenti, soltanto perché i testi non siano viziati da scrivani inesperti o maligni". Compose i messali per tutti il ciclo dell'anno e di tutti i santi. Lì senza dubbio troverete tutto quello che riguarda i riti della chiesa, quotidiani e del tempo quaresimale: è un grosso volume mirabilmente scritto. Poco abbiamo dei suoi discorsi. Quanti furono portati a Roma e lì furono letti dai Romani, che li videro, compongono un'opera in 12 libri.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Massimiano: 546-556 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

82 - de sancto Massimiano

PASO Testo originale

Pauca de multis diximus, plura de eo invenietis, quam hic legistis. Nunquam suas laniavit oves, nunquam mordit, nunquam percussit, sed refovit eloquiis, nutrit alimentis, monuit vagos, revocavit errantes, collegit dispersos, ministravit inopi, condoluit tribulanti. Miror, modo iste, qui ex alterius fuit sede, sic se cum suis disposuit ovibus, quod nullum contra eum sermonem unquam multavit: modo ex nobis ipsis pastorem habentes, postquam sedes adipiscunt, dentibus devorare volunt nec ullam nesciunt habere misericordiam; plus sublimitatem seculi quam caeleste gloria quaerunt; non participant cum ovibus, sed res ecclesiae soli deglutiunt, et tales ex ipsis opibus nutriti fiunt, qui nec ecclesia serviunt, sed magis depopulant, neque pro dimissori animam preces Deo ei fundunt. Tunc ipsae oves cotidie moerendo clamant ad Dominum, dicentes: 'Erue nos, Domine, de captione dentium pastoris nostri, quia non mercenarii locum, sed crudelitatem lupi tenet, omnes nos in sua extollentia cunsumit'. Hic vero beatissimus Maximianus nunquam talia peregit, sed cum mansuetudine inimicorum suorum corda humiliavit, ut adimpleret, quod scriptum est: 'Noli vinci a malo, sed vince in bono malum', et alibi: 'In patientia vestra possidebitis animas vestras'. 8. Kal. Martii obiit sepultusque est in basilica sancti Andreae apostoli iuxta altarium, ubi barbas praedicti apostoli condidit; sed modo nostris temporibus

iuxta ipsius ecclesiae apostoli sedes sepultus est.

Poche fra le molte cose abbiamo detto e su di lui troverete più cose di quante qui avete letto. Mai dilaniò le sue pecore, mai le morse, mai le percosse, ma le incoraggiò con la parola, le nutrì con gli alimenti, ammonì gli incerti, richiamò gli erranti, raccolse i dispersi, servì il povero, partecipò al dolore del tribolato. Sono ammirato per come costui, che provenne da altra sede, si comportò con le sue pecore, mentre nessuno parlò male di lui; adesso invece abbiamo pastori scelti tra noi, ma quando essi ottengono la sede, vogliono divorare con i denti e non sanno avere misericordia alcuna; cercano più la preminenza nel mondo che la gloria celeste; non dividono con le pecore i beni della chiesa, ma li inghiottono da soli, e nutriti di questi beni risultano tali che non servono la chiesa, ma piuttosto la devastano e neanche rivolgono preghiere a Dio per l'anima di chi ha fatto il lascito. Allora le pecore stesse ogni giorno tristemente invocano il Signore dicendo: "Liberaci, Signore, dai denti del nostro pastore, perché egli non occupa il posto di un mercenario, ma ha la crudeltà di un lupo e nella sua arroganza tutti ci rovina". Invece questo beatissimo Massimiano non compì mai tali azioni, ma con la sua mansuetudine fece umili i cuori dei suoi nemici, per realizzare quanto sta scritto: "Non farti vincere dal male, ma vinci col bene il male", e in altro luogo: "Nella vostra pazienza possederete le anime vostre". Morì il 22 febbraio e fu sepolto nella basilica di Sant'Andrea apostolo vicino all'altare, dove aveva deposto la barba del suddetto apostolo; anche ai nostri tempi sta sepolto nella chiesa stessa dell'apostolo.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Massimiano: 546-556 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

83 - de sancto Massimiano

PASO      Testo originale

Quinto decimo anno Petronaci archiepiscopi, dum singuli eum ortaremur verbis, quod praedictum corpus, beati Maximiani desub terra traheret et in sublimum poneret locum, die quadam ad semet ipsum rediens, iussit nos omnes sacerdotes una secum ad ecclesiam beati Andreae properare, qui in cordibus nostris orationem factam, iussit caementariis plathomam desuper levare; sed incaute agentes, fracta est. Iratus modicum pontifex coepit comminare caementariis; tunc dixit decimo presbitero in ordine sedis suae nomine Agnellus qui Andreas vocabatur -- erat autem ille illo tempore artificiorum omnium ingeniis plenus --: 'Esto hic prope, praecipe artificibus, quomodo facere debeant, ne arca aut lapis, qua ei superposita est, frangatur'. Quo deposito, artifices paraverunt omnia iuxta praeceptum presbiteri, et elevatus lapis, cum quo clausa erat arca, apparuerunt ossa beati Maximiani, subtus aqua, vas autem aqua plenum erat. Et ut vidimus, coepimus plorare fortiter una cum nostro praesule, plorantesque dicebamus ad invicem: 'Ubi sunt, pastor Maximiane, oves tuae, ubi grex tua, ubi populus tuus, quem Domino adquisisti? ubi monita, ubi dulcia eloquia, ubi sancta praedicatio, ubi tua doctrina? Si dixerimus "tu noster pastor," istum praesentem quomodo abiciamus? Ecce ambo pastores in uno estis, et tu qui iaces exanimis, et hic qui plorat, cui no obedier oportet. Viscera nostra exemplum tuum constringet. Ecce nos te requirimus et diligimus, quanto magis amabilis fuisti illis omnibus qui te noverunt?' Postquam omnes diutissime et amarissime flevimus, satiati luctu, allatum est nobis aereum vasculum, quod vulgo siculum vocamus; et proiecti sunt sicli pleni aqua, quae erat infra arcam super ossa beati Maximiani, numero 115, quos ego ipse palam omnibus ore proprio [numeravi]. Ablata vero omnia ossa voluta sunt in sindone, quae erat super altarium beati Andreae apostoli, et ligata sindone, sigillum ex latere suo pontifex anulo signavit. Post haec vero arca excussa est absque ulla laesione, et lavata diligenter sursum locavimus. Quae vero ossa omnia integra invenimus, tenua erant, sed procera, et sic ordinata ad iuncturas suas, quasi pene anno uno exempta carne fuissent; nulla minuitas, nisi dens unus dexteræ parti deerat. Igitur lavata ossa cum vino electo, condita aromatibus ordinabiliter, cum psallentia in praesentia praesulis, omnia in eadem arca posita sunt et cum ingenti luctu amabiliter sepulcro clausa sunt. Nos qui vidimus per multos dies fuit talis timor et tremor, velut ipse beatus Maximianus conspectui nostro staret. Sedit annos. . . , menses. . . , dies. . .

PAST Traduzione

Nell'anno quindicesimo dell'arcivescovo Petronace, mentre noi singolarmente lo esortavamo con le nostre parole a togliere da sottoterra e collocare più in alto il corpo predetto del beato Massimiano, un giorno, rientrando in sé, ordinò che tutti noi sacerdoti andassimo con lui nella chiesa di Sant'Andrea; detta una preghiera nei nostri cuori, egli ordinò ai muratori di sollevare la lapide, ma, agendosi incautamente, quella si spezzò. Un po' seccato il vescovo cominciò a sgridare i muratori, poi disse al presbitero che nell'ordine della sua sede era il decimo, di nome Agnello e chiamato anche Andrea - questi era in quel tempo pieno di tutte le nozioni tecniche -: "Sta qui vicino e spiega agli operai come debbono fare perché l'arca o la pietra ad essa sovrapposta non si spezzi". Disposto ciò, gli operai fecero tutto secondo gli ordini del presbitero e, sollevata la pietra che chiudeva l'arca, apparvero le ossa del beato Massimiano in mezzo all'acqua perché l'urna era piena d'acqua. Quando vedemmo, cominciammo a piangere intensamente insieme col nostro vescovo, e piangendo dicevamo tra di noi: "Dove sono, pastore Massimiano, le tue pecore, dove il tuo gregge e il tuo popolo, che acquisti per il Signore? Dove sono i tuoi moniti, le tue dolci parole, la tua santa predicazione, la tua dottrina? Se diremo - Tu pastore nostro - come potremmo mettere da parte questo che è presente? Ecco, entrambi siete pastori in una sola persona, sia tu che giaci esanime sia questo che piange, al quale dobbiamo obbedire. Il tuo esempio forzerà il nostro cuore. Se ti cerchiamo e ti amiamo noi, quanto più sarai stato amabile per tutti coloro che ti conobbero?". Quando fummo sazi di lamenti, dopo aver pianto a lungo amarissimamente, ci fu portato un recipiente di rame, che volgarmente chiamiamo secchio: furono tolti secchi pieni dell'acqua, che era dentro l'arca sopra alle ossa del beato Massimiano in numero di 115, che io stesso contai a voce davanti a tutti. Tolto tutto, le ossa furono avvolte in un lenzuolo, che si trovava sull'altare del beato Andrea apostolo, poi, legato il lenzuolo, il vescovo pose il sigillo con la pietra del suo anello. Dopo, svuotata l'arca, senza alcuna lesione, e lavatala con cura, la sistemammo più in alto. Tutte le ossa che trovammo integre erano esili, ma lunghe e così ordinate nelle articolazioni che sembrava avessero perduto la carne da appena un anno; non mancava nulla tranne un dente dalla parte destra. Lavate dunque le ossa con vino scelto, furono convenientemente cosparse di aromi, mentre si cantavano salmi in presenza del vescovo; tutte furono riposte nella medesima arca e con gran pianto e amore rinchiuso nel sepolcro. Noi che vedemmo per molti giorni provammo tale timore e trepidazione come se lo stesso beato Massimiano stesse davanti a noi. Sedette anni..., mesi..., giorni...

PASX Note

Ricognizione dei resti dell'arcivescovo Massimiano alla presenza dell'arcivescovo Petronace e dello storico Agnello: 834 d.C.

PAS		PASSO
PASL	Localizzazione	84 - de sancto Agnello
PASO	Testo originale	<p>Agnellus XXVII. rubicundam habuit faciem, plenam formam, modicos supercilii pilos, rubeam capitis cutem, erectos oculos, duplicem sub barba habuit mentum. Hic vero aequalis statura, pulcer in corpore, perfectus in opere; sed post amissam coniugem, relictum militiae cingulum, se totum Deo optulit atque donavit. Temporibus Ecclesii archiepiscopi diaconus consecratus est, servivit in ecclesia beatae Agathae, unde levita fuit, et ipsam ecclesiam in titulo habuit, domusque eius haerebat superscripta ecclesia muro, quam nos cognovimus, usquo in praesentem diem. Ex nobili ortus prole, dives in possessionibus animalibus locuples abundans opibus. Hic ad finem vitae, cum circa vicinam esset mortem neptam suam filiam filiae suae, post funus matris heredem reliquit, quam inter ceteras divitias quinque ornamenta mensae vasculorum argentea relinquens et multa alia, qua nobis per diversas discurrere opus non est divitias, mors intervenit. Sed quaerendum nobis est, cur iste cuniungatus talem egregiam optinuit sedem. Si intelligatis auctorem apostolum dicentem: unius uxoris virum et filios habentem, episcopus ordinari, recta providentia, euni et hoc canones praecipiant. Sed redeamus ad ordinem et de mulieribus postea disputemus.</p>
PAST	Traduzione	<p>Agnello ebbe viso rubicondo, corporatura piena, sopracciglia rade, rossa la cute del capo, occhi penetranti, doppio mento sotto la barba. Di statura regolare, fu bello d'aspetto e perfetto nelle opere. Dopo la perdita della moglie, lasciata la carriera militare, si offri e donò tutto a Dio. Fu ordinato diacono ai tempi dell'arcivescovo Ecclesio, servì nella chiesa di S. Agata, dove fu levita, ed ebbe il titolo di questa stessa chiesa; la sua casa era contigua alla suddetta chiesa e noi la conosciamo ancora. Nato da famiglia nobile, possedeva molti fondi ed era ricco di animali e di mezzi. Alla fine della vita, sentendo vicina la morte, lasciò come erede una sua nipote, figlia della propria figlia, dopo la morte della madre; quando la morte la raggiunse, quella tra le altre ricchezze lasciò cinque artistici vasi d'argento per la mensa e molte altre cose, delle quali non abbiamo bisogno di dire in particolare. Ma ci dobbiamo chiedere come mai costui, coniugato, poté occupare tale nobile cattedra. Lo potete capire se intendete bene il testo dell'apostolo che dice di eleggere vescovo un uomo sposo di una sola moglie e con prole, di retta coscienza, mentre anche i canoni dispongono ciò. Ma ritorniamo al proposito e delle donne parleremo in seguito.</p>
PASX	Note	<p>Episcopato di Agnello: 556-569 d.C. Forse è l'Agnello diacono tra i firmatari della lettera di papa Felice (526-530 d.C.).</p>



PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	85 - de sancto Agnello
PASO	Testo originale	<p>Temporibus istius Iustinianus rectae fidei angustus omnes Gothorum substantias huic ecclesiae et beato Agnello episcopohabere concessit, non solum in urbibus, sed et in suburbanis villis et viculis etiam, et templa et aras, servos et ancillas, quicquid ad eorum ius vel ritum paganorum pertinere potuit, omnia huic condonavit et concessit et per privilegia confirmavit et corporaliter per epistolam tradi fecit, ex parte ita continentem: 'Sancta mater ecclesia Ravennas, vera mater, vera orthodoxa, nam ceterae multae ecclesiae falsam propter metum et terrores principum superinduxere doctrinam. Haec vero et veram et unicam sanctam catholicam tenuit fidem, nunquam mutavit, fluctuationem sustinuit, a tempestate quassata immobilis permansit'.</p> <p>Ai suoi tempi Giustiniano, imperatore di retta fede, concesse a questa chiesa e al beato Agnello tutti i beni dei Goti, non solo nelle città, ma anche nelle ville e nei villaggi suburbani, e così pure chiese e altari, servi e serve; tutto quello che era appartenuto di diritto a loro e all'uso dei pagani, questo donò al vescovo e confermò la cosa con privilegi e fece materialmente consegnare una lettera che in una sua parte diceva così: "La santa madre chiesa ravennate è vera madre, veramente ortodossa, mentre molte altre chiese per paura dei principi hanno modificato la dottrina. Questa invece ha conservato la vera e unica santa fede cattolica, mai l'ha cambiata, ha sopportato l'agitarsi delle onde, è rimasta salda pur battuta dalla tempesta".</p> <p>Episcopato di Agnello: 556-569 d.C. Devoluzione del patrimonio e degli edifici religiosi ariani alla chiesa cattolica ravennate: 560 ca.</p>
PAST	Traduzione	
PASX	Note	

PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	86 - de sancto Agnello

PASO      Testo originale

Igitur iste beatissimus omnes Gothorum ecclesias reconciliavit, quae Gothorum temporibus vel regis TheudERICI constructae sunt, quae ARIANA perfidia et hereticorum secta doctrina et credulitate tenebantur. Reconciliavit ecclesiam sancti EUSEBII sacerdotis et martiris, quae sita est non longe a campo Coriandri extra urbem, Id. Novenbris 6 quam aedificavit Unimundus episcopus anno 24. Theodorici regis absque fundamentis. Similiter et ecclesiam beati Georgii reconciliavit temporibus Basilii iunioris, sicut in ipso relegitur triliunali. Reconciliavit ecclesiam beati Sergii, quae sita est in civitate Classis iuxta viridarium, et beati Zenonis in Cesarea. Infra urbem vero Ravennam ecclesiam sancti Theodori non longe a domo DROCDONIS, qua domus una cum balneo et sancti Apolenaris monasterio, quod in superiora domus structum, episcopium ipsius ecclesiae fuit. Et ubi nunc est monasterium sancta et semper virginis intemeratae Mariae, fontes praedictae martiris ecclesia fuerunt. Sed de hoc fero nomine 'cosmi', quod Latinum sit, - unde non solum Latini, sed et Greci aliquantas altercationes inter se habuerunt - nam sine omni reprehensionem 'cosmi,' id est ornata, unde et mundus apud Grecos 'cosmos' appellatur. Igitur reconciliavit beatissimus Agnellus pontifex infra hanc urbem ecclesiam sancti Martini confessoris, quam Theodericus rex fundavit, quae vocatur Caelum aureum; tribunal et utrasque parietes de imaginibus martirum virginumque incedentium tessellis decoravit; suffixa vero metalla gipsea auro super infixit, lapidibus vero diversis parietibus adhaesit et pavimentum lithostratis mire composuit. In ipsius fronte intrinsecus si aspexeritis, Iustiniani augusti effigiem reperietis et Agnelli pontificis auratis decoratam tessellis. Nulla ecclesia vel domus similis in laquearibus vel travibus ista. Et postquam consecravit, in ipsius confessoris episcopio ibidem epulatus est. In tribunali vero, si diligenter inquisieritis, super fenestras invenietis ex lapideis literis exaratum ita: 'Theodericus rex hanc ecclesiam a fundamentis in nomine domini nostri Iesu Christi fecit'.

Dunque questo beatissimo riconciliò tutte le chiese dei Goti, che erano state costruite ai tempi dei Goti e del re Teoderico e che erano tenute dalla perfidia ariana e dalla dottrina e fede degli eretici. Riconciliò la chiesa di S. Eusebio sacerdote e martire, la quale è situata fuori città non lontano dal campo di Coriandro, il 13 novembre: l'aveva edificata il vescovo Unimondo dalle fondamenta nell'anno 24 del re Teoderico. Similmente riconciliò anche la chiesa di S. Giorgio ai tempi di Basilio il giovane, come si legge proprio nella tribuna. Riconciliò la chiesa di S. Sergio, che si trova nella città di Classe vicino al giardino, e quella di S. Zenone in Cesarea. All'interno della città riconciliò la chiesa di S. Teodoro, non lontana dalla casa di Drocdone: questa casa insieme col bagno e con la cappella di S. Apollinare, costruita nella parte superiore della casa, fu l'episcopio di quella chiesa. E dove ora si trova il monastero della santa e sempre vergine immacolata Maria, lì era il battistero della suddetta chiesa del martire. Ma debbo parlare di questo nome "cosmi" che è latino - per questo non solo i Latini, ma anche i Greci hanno avuto tra loro molte discussioni -: infatti, senza alcun motivo di critica, "cosmi" significa "ornata", per cui anche "mondo" presso i Greci viene detto "cosmos". Dunque il beatissimo vescovo Agnello all'interno di questa città riconciliò la chiesa di S. Martino confessore, fondata dal re Teoderico e chiamata "Cielo d'oro"; decorò la tribuna e le due pareti con immagini musive di martiri e vergini che vanno in processione; sopra applicò stucchi dorati, rivestì le pareti di marmi diversi e compose mirabilmente a mosaico il pavimento. Se guardate all'interno la fronte della chiesa, troverete l'effigie dell'imperatore Giustiniano e quella del vescovo Agnello ornata di tessere dorate. Nessuna chiesa o casa fu simile a questa nel soffitto o nelle travature. Dopo che l'ebbe consacrata, pranzò proprio nell'episcopio di quel confessore. Nella tribuna, se osservate attentamente, al di sopra delle finestre troverete scritto così con lettere di marmo: "Il re Teoderico costruì questa chiesa dalle fondamenta nel nome del signore nostro Gesù Cristo".

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Agnello: 556-569 d.C. Devoluzione del patrimonio e degli edifici religiosi ariani alla chiesa cattolica ravennate: 560 ca. La chiesa di Sant'Eusebio, nome della riconsacrazione, risale al ca. 514-517 d.C. La chiesa di San Teodoro è la cattedrale ariana riconsacrata, la chiesa di San Martino in Ciel d'Oro corrisponde all'odierna Sant'Apollinare Nuovo.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

88 - de sancto Agnello

PASO      Testo originale

Tamen hoc intueri postestis in pariete. Ibi vero, ut dixi, duae factae sunt civitates. Ex Ravenna egrediuntur martires, parte virorum, ad Christum euntes; ex Classis virgines procedunt, ad sanctam virginem virginum procedentes; et magi antecedentes, munera offerentes. Sed tamen cur variis vestimentis et non omnes unum indumentum habuisset depicti sunt? Idcirco, quia ipse divinam pictor secutus est Scripturam. Nam Gaspar aurum optulit in vestimento iacintino, et in ipso vestimento coniugium significat. Balthasar thus optulit in vestimento flavo, et in ipso vestimento virginitatem significat. Melchior mirram optulit in vestito vario, et in ipso vestito poenitentiam significat. Ipse qui praevius erat, purpurato sage indutus, et per eundem significat, ipsum regem natum et passum. Qui autem in avrio sage munus Nato optulit, significat, in eodem omnes languidos Christum curare, et variis iniuriis et diversis ludeorum verberibus flagellari. Scriptum de illo est: 'Ipse infirmitates nostras suscepit et langores portavit, et putavimus eum tanquam leprosum', et cetera. Qui vero in candido munus optulit, significat, eum post resurrectionem in claritate esse divina. Sicut enim illa tria preciosa munera divina in se misteria continent, id est per aurum opes regales, per thus sacerdotis figuram, per mirram mortem intelligitur, ut per omnia haec ostenderet, eum esse, qui iniquitates hominum suscepit, id est Christus; sic et in sagis eorum, ut diximus, tria haec dona continentur. Quare non quatuor, aut non sex, aut non duo, nisi tantum tres ab oriente venerunt? Ut significarent totius Trinitatis perfectam plenitudinem. Ex quorum amore iste beatissimus Agnellus partem endothim bissinam, unde superius fecimus mentione, quam Maximianus praedecessor istius non explevit, iste magorum istoriam perfecte ornavit, et sua effigies mechanico opere aculis inserta est.

PAST      Traduzione

Tuttavia nella parete potete vedere questo. Lì, come ho detto, sono rappresentate due città. Da Ravenna, nella parte degli uomini, escono i martiri che vanno verso Cristo; da Classe le vergini procedono verso la santa vergine delle vergini; le precedono i magi che portano i doni. Ma perché i magi hanno vestiti diversi e sono rappresentati senza avere tutti un abito uguale? Perché il pittore stesso ha seguito la Scrittura. Infatti Gaspare offrì oro con vestito color giacinto e questo abito significa il matrimonio. Baldassarre offrì incenso con vestito giallo e questo abito significa la verginità. Melchiorre offrì la mirra con vestito di vari colori e questo abito significa la penitenza. Quello che andava davanti, indossando un mantello purpureo, significa con questo il re che è nato e ha patito. Quello che ha offerto un dono al bambino nato indossando un mantello di vari colori significa con questo che Cristo cura tutti i malati ed è flagellato dalle varie ingiurie e dalle diverse battiture dei Giudei. Di lui sta scritto: "Egli ha preso su di sé le nostre infermità e ha portato i nostri languori, e

l'abbiamo considerato come un lebbroso", e così via. E poi: "Fu ferito per i nostri peccati, fu appeso per le nostre scelleratezze". Quello che ha offerto il dono indossando un manto candido significa che Egli dopo la resurrezione è nello splendore divino. Come infatti qui tre doni preziosi contengono in sé misteri divini, e cioè l'oro significa il potere regale, l'incenso la figura sacerdotale, la mina la morte, per mostrare in tutto questo che è lui che ha preso su di sé le iniquità degli uomini, cioè Cristo: così anche nei loro mantelli, come abbiamo detto, sono contenuti questi tre doni. E perché non sono quattro, perché non sei o due, ma proprio in tre sono venuti dall'Oriente? Per significare la pienezza perfetta di tutta la Trinità. Per amore di questi il beatissimo Agnello fece fare una parte del drappo di bisso, di cui abbiamo fatto menzione, che il predecessore Massimiano non aveva completato: costui fece rappresentare magnificamente la storia dei magi e la sua effigie fu inserita a ricamo nell'opera ingegnosa.

PASX	Note	Descrizione e significato dei mosaici di Sant'Apollinare Nuovo.
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	89 - de sancto Agnello
PASO	Testo originale	<p>Fontesque beati Martini ecclesia ipse reconciliavit et tessellis decoravit; sed tribunal ipsius ecclesia nimio terraemotu exagitatum, Iohannis archiepiscopi temporibus quinti iunioris cunfractum, ruit. Post haedificia camera coloribus ornavit. Fecit beatissimus Agnellus crucem magnam de argento in Ursiana ecclesia super sedem post tergum pontificis, in qua sua effigies manibus expansis orat. Adquisivitque rura in ecclesia Ravennae Argentea qui dicitur, et infra ipsius ruris monasterium beati Georgii a fundamentis haedificavit, sed in senectute positus. Et sua effigies mire tabula depicta est, et ante introitum ipsius monasterii versus metricos, quos non potui clare videre.</p>
PAST	Traduzione	<p>Riconciliò anche il battistero della chiesa di S. Martino e lo decorò di tessere musive; però la tribuna della chiesa stessa, sconvolta da violento terremoto, crollò a pezzi ai tempi dell'arcivescovo Giovanni quinto iuniore. Ornò di colori la volta dell'abside. Il beatissimo Agnello fece una grande croce d'argento nella chiesa Ursiana, sopra la cattedra alle spalle del vescovo: in essa c'è la sua effigie orante a braccia aperte. Acquisì fondi rustici nella chiesa di Ravenna che è detta Argentea e in quel terreno costruì dalle fondamenta il monastero di S. Giorgio, quando era vecchio. La sua effigie è meravigliosamente dipinta in una tavola e davanti all'ingresso di quel monastero ci sono dei versi che non ho potuto distinguere chiaramente.</p>

PASX	Note	Episcopato di Agnello: 556-569 d.C. Il battistero di San Martino (forse presso l'attuale Sant'Apollinare Nuovo) risulta crollato tra 726-744 d.C. (episcopato di Giovanni V). Il monasterium di San Giorgio ad Argenta corrisponde all'odierna pieve.
------	------	---

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	90 - de sancto Agnello
------	----------------	------------------------

PASO	Testo originale	<p>In diebus istius expulsi sunt Franci de Italia per Narsem patricium. Et post haec apparuit stella comis mense Augusto usque in Kalendas Octubris. Et mortuus est Iustinianus augustus Constantinopolim quadregesimo anno imperii sui, et luctus ingens ubique fuit et moeror nimis de tali orthodoxo viro. Et apparuerunt signa rubra in caelo, et civitas Fano igne cuncremata est, et multitudo hominum flamma cunsumpta est, castrumque Cesinate incendio devoratum est. Tertio vero anno Iustini minoris imperatoris Narsis patricius de Ravenna evocitatus, egressus est cum divitiis omnibus Italiae, et fuit rector 16 annis et vicit duos reges Gothorum et duces Francorum iugulavit gladio.</p>
------	-----------------	--

PAST	Traduzione	<p>Ai suoi giorni i Franchi furono cacciati dall'Italia per opera del patrizio Narsete. In seguito apparve una stella cometa nel mese di agosto e fino al 1° ottobre. A Costantinopoli morì l'imperatore Giustiniano, nel quarantesimo anno di regno, e dappertutto vi fu gran lutto e profonda tristezza per tale uomo di fede ortodossa. Apparvero segnali rossi in cielo e la città di Fano fu distrutta dal fuoco e una moltitudine di persone morì tra le fiamme; fu divorata da un incendio anche la roccaforte di Cesena. Nel terzo anno dell'imperatore Giustino minore il patrizio Narsete fu richiamato da Ravenna e andò via con tutti i tesori d'Italia; egli fu governatore per 16 anni, vinse due re dei Goti e uccise con la spada i condottieri dei Franchi.</p>
------	------------	--

PASX	Note	<p>Governo di Narsete in Italia come prefetto del pretorio: 552-568 d.C. Vittoria di Narsete sui Franchi al Volturno: 554 d.C. Morte dell'imperatore Giustiniano, dopo 38 anni di regno: 565 d.C. Incendi di Fano e Cesena: ca. 566-567 d.C. Richiamo di Narsete, residente a Roma, dall'Italia: 568 d.C., la notizia della predazione di beni sembra tendenziosa e il prefetto non tornò in Oriente ma si trasferì a Napoli. Secondo la successione dei fatti la cometa è apparsa tra 555/564 d.C.</p>
------	------	---

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	91 - de sancto Agnello
------	----------------	------------------------

PASO	Testo originale	<p>Sub istius praesulis temporibus abundantia fuit magna et ordinatio in populo Italiae. Monasteria vero in civitate Classis, quae lateribus fontique ecclesia Petriana iuncta sunt sancti Mathei apostoli et Iacobi, ipse tessellis ornari iussit. Et invenietis in camera tribunae apostoli Mathei continente ita: 'Salvo domino papa Agnello. De donis Dei et servorum eius, qui optulerunt ad honorem et hornatus sanctorum apostolorum, et reliqua pars de summa cervorum qui perierant et Deo auctore inventi sunt, haec absida mosivo exornata est'.</p>
PAST	Traduzione	<p>Ai tempi di questo vescovo vi fu opulenza e ordine per la popolazione dell'Italia. Nella città di Classe fece ornare di mosaici le cappelle di S. Matteo apostolo e di S. Giacomo, che sono unite ai fianchi e al battistero della chiesa Petriana. Nella volta dell'abside dell'apostolo Matteo troverete scritto così: "Mentre era in vita il signor vescovo Agnello quest'abside fu ornata di mosaico con i doni di Dio e dei suoi servi, che fecero offerte in onore e per ornamento dei santi apostoli; la rimanente parte del complesso dei cervi, che erano andati perduti, fu ritrovata con l'aiuto di Dio".</p>
PASX	Note	Episcopato di Agnello: 556-569 d.C.
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	92 - de sancto Agnello
PASO	Testo originale	<p>Tempus est claudendi os et opilari serris. Cruce claves signemus, ne fur veniat, aperta inveniat ianua, in ima cordis zizaniam non seminet, deridat et perdat. Ideo pone, Domine, custodiam ori meo et hostia circumadstantia labiis meis; non declines cor meum in verbo malo, sed adiuva me, ut possim istius Agnelli vitam finire. Qui obiit die primo Kalendas Augusti, et sepultus est in ecclesia sanctae Agathae martiris ante altarium. Et literis marmore exaratis epithaphium super corpus eius sic invenies: 'Pontificis requiem caelesti munere gessa Agnellus virtute Dei non perdidit illam. Qui optatam meruit lucis cognoscere pacem, Corporis ipse sui templum servatum ut esse. Iustus eum sanctis Christo medicante resurgit. Sic quoque pro meritis gaudet qui talia gessit. Hic requiescit in pace Agnellus archiepiscopus, qui sedit annos XIII, mense I, dies VIII; qui vixit annos LXXXIII; depositus est sub die Kal. Augusti Ind. III'. Sedit annis 13, mense 1, diebus 8.</p>

È tempo di chiudere la bocca e di provvedere ai serrami. Facciamo un segno di croce sulle chiavi, perché non venga un ladro e trovi la porta aperta, perché non semini zizzania nel profondo dei cuori, non derida e rovini. Perciò, Signore, poni custodia alla mia bocca e porte di circostanza alle mie labbra; non volgere il mio cuore a male parole, ma aiutami, perché io possa terminare la vita di questo Agnello. Egli morì il 31 luglio e fu sepolto nella chiesa di S. Agata martire davanti all'altare. Sopra il suo corpo troverete così l'epitaffio con lettere incise nel marmo: "Agnello per virtù di Dio non ha perduto il riposo del vescovo concesso per dono celeste. Ha ben conservato il tempio del suo corpo colui che ha meritato di conoscere la bramata pace della luce. Giusto con i santi risorge per il salutare intervento di Cristo. Anche così per i suoi meriti gode chi tali cose ha compiuto. Qui riposa in pace l'arcivescovo Agnello, il quale sedette anni XIII, mesi I, giorni VIII; visse anni LXXXIII; fu sepolto il primo giorno di agosto, indizione III". Sedette in cattedra anni 13, mesi 1, giorni 8.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Agnello: 556-569 d.C. L'iscrizione (edita in CIL XI, 305) corrisponde alla lastra sepolcrale tuttora visibile nel museo Arcivescovile di Ravenna.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

93 - de sancto Petro

PASO Testo originale

Petrus senior XXVIII. Iste grandaevus aetate fuit, senior sensu et corpore, capitis canitie decoratus; sanctam et mansuetam vitam duxit. Vere Petrus, quia super firmam petram templum corporis sui haedificavit. Temporibus Simmachi papae Roma in concilio sedit, fundavitque ecclesia beati Severi confessoris Christi, sed mors sibi interveniens, [inconsummatam] reliquit, in civitate dudum Classis, in regione quae vocatur Vico Salutaris. Iste secunda indictione consecratus est Romae absque ieiunio 17. Kal. Octubris, et reversus in pace, cum nimia alacritate cives Ravennates eum susceperunt; Classis vero occurrit ei obviam ad Nonam. Tunc omnes laetantes dicebant laudes: 'Deus te nobis dedit, Divinitas te conserve'. Tunc pueri ante eum cum laudibus praeibant, ut non solum maiores essent amabiles, sed etiam et pusilli.

PAST Traduzione

PAST	Traduzione	<p>Dunque, come abbiamo detto, questo beatissimo morì il 23 ottobre e fu sepolto nell'ardica di S. Apollinare, fuori delle mura di Classe, con molto compianto. E lì fu inciso questo epitaffio: "Mariniano, glorioso sacerdote, che sempre santificavi con i tuoi insegnamenti, tu giaci deposto in questo sepolcro. Defunto è il tuo corpo, ma sopravvive la tua fama: la terra accoglie le tue membra, la luce conserva le tue opere. Venendo come vescovo a queste mura dalla città di Roma, con le tue preghiere proteggesti la sacra Ravenna. Il pio, che governava il mondo in un tempo salutare, ti diede al popolo per volere di Cristo. Se hai meritato di avere il sepolcro in questo tempio, tanto sepolcro dimostra che a Dio tu sei piaciuto. Sia a te santo riposo nel luogo stesso sacro a colui del quale giustamente come sacerdote hai esercitato l'ufficio". Sedette in cattedra anni..., mesi..., giorni...</p>
------	------------	--

PASX	Note	Epsicopato di Mariniano: 595-606 d.C.
------	------	---------------------------------------

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	104 - de sancto Iohanne
------	----------------	-------------------------

PASO      Testo originale

Iohannes XXXI. Hic plenus corpore, pulcher forma, pinguis facie, magnos habens oculos, alacri vultu, decorus aspectu. Iste non ut dominus, sed ut pius pater ovium fuit, mansuete cum eis vixit, ab omnibus dilectus, inreprehensibilis vir, pater orfanorum, viduarum lacrimis consolator, pupillorum defensor, egenorum tributor, elisorum erector, compeditorum absolutor et omnium bonorum sectator, magis in Dei laudibus gloriosus. O qualis iste, et quales modo sunt! Non laniavit oves, sed de fructu gregis semper sua erat refecta mensa, et comedebant inlaetitia, exultans cum sacerdotibus et universa plebe. Sed tales hodie non sunt. Ergo quales sunt? Nonne sunt episcopi ut illi et accipientes Spiritum sanctum in hora ordinationis sicut et ipsi et sunt episcopi similiter sanctificati? Sed multo magis dissimiles ab illis, quia illi pro ipsorum animabus, qui partem rerum maximam suarum ecclesiis obtulerunt et ecclesias inclitaverunt, cotidie cum lamentationibus preces Deo dabant et ex ea captivos redimebant, et pro talibus beneficiis peccatorum expiabantur, et cotidie in orationibus misericordem Dominum deprecabantur. Modo vero non sunt tales isti ut illi. Sunt nunc nulli, qui tali dono quondam ecclesiae cuncto canes nutriunt, pauperes proiciunt, aucupes gubernant, accipitres fovant et scurriles delectantur cantus; sacerdotes proiciunt, officiales ecclesiae repellunt et omnis suffocant ecclesiae coetus; et quod peius est, venundant frumentum ecclesiae et oleum et humida vina, et faciunt ex illis pondera argenti et auri dabuntque principibus et potestatibus, ut demergant sacerdotes suos, etiam plebem universa. Illi, ut superius audistis, tribuebant ad redimendum, isti vero nunc modo ad interimendum. Non sunt memores sermonis illius prophetae, qui ait: 'Principes tui in medio tui sicut leones rugientes atque animas comedentes per potentiam'. Qui sunt isti principes nisi miseri episcopi, qui res ecclesiae deglutunt et sacerdotes suos spernunt, per occasiones res eorum auferunt et nulla illis solatia impendunt, sed etiam quod illorum est auferunt? Ex ope ecclesiae non participantur, sed sua perdunt. Audite improprium vestrum, Salomonis verba: 'Leo rugiens et ursus esuriens princeps superbus super populum humilem'. Cur non recordamini inspectores episcopi, ecclesiae praesules, quod cum euangelium dicit: 'Quia qua hora nescitis Dominus vester venturus est?' Cur non pie vivitis et datis exemplum viventibus, ut ex vobis doctrinam sumant et pie in Christo vivant? Si autem aliquem corripere volumus, statim impropere nobis vocem derisionis plenam: 'Tu quis es? Melius es illo et illo episcopo?' Ego vidi illum talem inspectorem dantem de sua mensa panem canibus, vidi talem currentem cum equo secus canes et leporem, vidi illum manibus suis tenentem accipitrem: et tu mihi praedicas? Ecce cum talia et his similia audimus, confusis ab ipsis recedimus. Dicite mihi inspectatores: Unde divitias habetis? Nunquid ex vestris parentibus? Non, sed ex dimissione hominum

mortuorum ecclesiae ditatae sunt.

PASO      Testo originale

Pro qua igitur causa ipsam dimissione fecerunt, nisi ut eorum animas per vestras intercessionem mundaret et ablueret Deus per eas? Quare sanctorum patrum regulam transgredimini et relinquitis, quae praeceperunt, dicentes: 'Episcopi res ecclesiarum tanquam commendaticias, non ut proprias utantur?' Dicite mihi: cum egressi fueritis de corporibus vestris, si non ipsi querelaverunt adversus vos, et dimiserit vobis Deus hoc peccatum? Etiam si dederitis elemosinam ex ipsis rebus, quam mercedem habebitis? Non ex vestra substantia, sed de praecessorum munere. Sicut enim dominus, qui vocat villicum suum et iubet illi, ut dispendio familiae suae det centum modia tritici, et ille aliquantum teneat sibi et non omnia expendat, et qui sunt ex cunservis nunciant domino suo de eo, qui non tribuit totum, sed fraudulenter tenuit, flagellatus a domino, et moveat eum de villicatum aut foras proiciat, aut, quia missionem non explevit, mittatur in carcerem. Ita et de vobis talem protulit evangelista sententiam, dicens: 'Quod si dixerit servus ille in corde suo: mora facit dominus meus venire, et coeperit percutere pueros et ancillas, edere et bibere et inebriari; veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora quam nescit, et dividit eum partemque eius cum infidelibus ponet'. Miseri! de vobis dicta sunt, qui regimen ecclesiae suscepistis, qui inreprehensibiles esse debetis absque ulla macula. Et cum rapti fueritis a morte in tali negligentia, qualis perditio est, tum episcopus rapitur ad supplicium, et populares invitentur ad regnum, quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Sed, patres mei, [non] incaute agite, in vice apostolorum sitis, illorum tenetis cathedras, per illorum discurrere vias, ut in eorum ordine cunnumeremini. Sed hic beatissimus Iohannes, qui pontificium humiliter regit, omnibus vitae suae laetos duxit dies. Rexit in pace ecclesiam suam, divina implens mandata. Obiit corpore, sepultus est, ut aestimo, in ardua beati Apolenaris. Sedit annos 5, menses 10, dies 18.

PAST Traduzione

Giovanni fu di corporature piena, bello d'aspetto, pingue in faccia, con occhi grandi ed espressione vivace del volto, dignitoso a vedersi. Con le sue pecore non fu come un signore, ma come un buon padre; visse con esse in mansuetudine, amato da tutti, uomo irreprendibile, padre degli orfani, consolatore del pianto delle vedove, difensore dei bambini; donava ai bisognosi, sosteneva gli oppressi, liberava i prigionieri ed era amico di tutti i buoni, maggiormente glorioso nella lodi di Dio. Quale egli fu e quali sono ora! Non dilaniò le sue pecore, anzi dei prodotti del gregge sempre era colma la sua mensa, sacerdoti e popolo tutto mangiavano con lui in letizia, esultanti. Non sono così quelli di oggi. E come sono allora? Non sono forse vescovi come quelli e non ricevono come quelli lo Spirito nell'ora della loro ordinazione e non sono vescovi ugualmente consacrati? Ma sono molto più dissimili da quelli, perché quelli ogni giorno con gemiti rivolgevano preghiere a Dio per le anime di coloro che avevano offerto alle chiese la massima parte dei loro beni e avevano onorato le chiese, e con quelle offerte riscattavano i prigionieri, e con tali benefici venivano espiati i peccati, ed essi ogni giorno invocavano nelle preghiere il Signore misericordioso. Adesso invece questi non sono come quelli. Ci sono alcuni, i quali con tale dono, un tempo offerto alla chiesa, nutrono i cani e poi cacciano via i poveri, guidano i cacciatori, allevano falconi e si divertono con canti scurrili; mandano via i sacerdoti, allontanano gli impiegati della chiesa e soffocano tutte le comunità della chiesa; e quel che è peggio, vendono il grano della chiesa e l'olio e il vino e ne ricavano grande quantità d'oro e d'argento e l'offrono ai principi e ai potenti, per rovinare i loro sacerdoti con tutto il popolo. Quelli, come avete udito prima, offrivano per riscattare, questi invece adesso offrono per eliminare altri. Non ricordano le parole del profeta che dice: "In mezzo a te staranno i tuoi capi come leoni ruggenti, che divorano le anime usando il loro potere". Chi sono questi capi, se non i miseri vescovi, che divorano i beni della chiesa e disprezzano i loro sacerdoti, approfittano delle occasioni per sottrarre i loro beni e non offrono ad essi alcuna consolazione, ma addirittura portano via ciò che appartiene a loro? I sacerdoti non sono messi a parte dei beni della chiesa, ma addirittura perdono i propri. Udite l'improperio contro di voi, le parole di Salomone: "Un principe superbo sopra un popolo umile è come leone ruggente e orso affamato". Perché voi, vescovi ispettori, presuli della chiesa, non ricordate quello che dice il vangelo: "Non sapete in quale ora il Signore vostro verrà?" Perché non vivete piamente e non date buon esempio ai viventi, perché imparino da voi e vivano piamente in Cristo? Se poi vogliamo rimproverare qualcuno, subito quello rimprovera noi con parole piene di derisione: "Tu chi sei? Sei migliore di questo e di quel vescovo?" Io l'ho visto un tale ispettore che dalla sua mensa dava pane ai cani, ho visto un tale che correva a

cavallo dietro ai cani e alla lepre, l'ho visto uno che teneva nelle sue mani un falcone: e tu vuoi predicare a me? Ecco, quando sentiamo dire tali cose e altre simili a queste, confusi ci allontaniamo da loro.

Ditemi, ispettori: da dove ricavate le ricchezze? Forse dai vostri genitori? No: esse sono state donate alla chiesa dai lasciti dei defunti. Per qual motivo dunque essi fecero i lasciti, se non perché per la vostra intercessione Dio purificasse e lavasse le loro anime? Perché trasgredite la regola dei santi padri e non osservate quanto essi insegnarono dicendo: "I vescovi usino i beni della chiesa come a loro affidati, non come propri"? Ditemi un po': quando sarete usciti dai vostri corpi, forse che essi stessi non vi denunceranno? Dio ve lo perdonerà questo peccato? Anche se avrete fatto elemosina, quale mercede ne avrete? Non l'avete fatta dai vostri averi, ma da quanto vi hanno lasciato i predecessori. Come il padrone che chiama il suo fattore e gli ordina di dare ai suoi servi cento moggi di grano, e quello invece ne tiene alquanto per sé e non lo distribuisce tutto, e allora i suoi conservi riferiscono al padrone che egli non ha distribuito tutto, ma fraudolentemente ne ha tenuto, e quello viene flagellato e rimosso dall'incarico di fattore oppure mandato via, perché non ha fatto il suo dovere, e messo in prigione: così anche per voi l'evangelista ha pronunciato la sentenza dicendo: "Se quel servo nel suo cuore dirà: - Il mio padrone tarda a venire - e comincerà a percuotere ragazzi e serve, a mangiare e bere e ubriacarsi: il padrone di quel servo verrà nel giorno in cui quello non se lo aspetta e nell'ora che non sa, lo manderà via da sé e lo metterà con i servi infedeli". Disgraziati! Queste cose sono state dette per voi, che avete assunto il governo della chiesa, che dovete essere irreprensibili e senza macchia. E quando sarete sorpresi dalla morte in tale colpa, che è perdizione, allora un vescovo verrà tratto al supplizio e il suo popolo sarà invitato al regno, perché il giorno del Signore verrà come un ladro di notte. Ma, padri miei, non agite incautamente; mentre siete al posto degli apostoli e occupate le loro cattedre, seguite le loro vie per essere annoverati nel loro ordine. Questo beatissimo Giovanni, che esercitò con umiltà l'episcopato, visse lieti tutti i giorni della sua vita. Governò in pace la sua chiesa, osservando i comandamenti divini. Morì nel corpo e fu sepolto, come ritengo, nell'ardica di S. Apollinare. Sedette in cattedra anni 5, mesi 10, giorni 18.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Giovanni III: 607-625 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

105 - de sancto Iohanne



Iohannes XXXII, mansuetus et humilis vir, sapiens corde, prudens in verbis, pulcra habuit eloquia, honestam duxit vitam moresque bonos de mellito sermone.

Praedecessorum suorum ammonitiones inlaesas et incolumes custodivit. Hic autem, aiunt quidam cives, et civitatem Classis ab hostili populo ope multa ecclesiae tribus vicibus emit, non solum civitatem sed et abitantes in ea cum suburbanis suis omnibus, ut factus sum, emit. Nam observans, evangelica verba, et cotidie intendebat, quod dicitur: 'Discite quid est, misericordiam volo et non sacrificium'. Audite igitur per prophetam: 'Nonquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?' Audi et alium prophetam, Esayam, filium Amos: 'Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis preces, non audiam'. Quare? Ubi est ergo David: 'Invoca me in die tribulationis tuae, eripiam te, et magnificabis me?' Certe et alter propheta: 'In die tribulationis clamabunt, et exaudiam'. Modo quid? Ubi ergo Esaya vaticinium, quod dixisti: 'Haec dicit dominus: Cum deprecatum eum fueris, adhuc te loquente dicet: ecce adsum?' Et e cuntrario dicit: 'Avertam oculos meos a vobis'. Una vox laetificat nos, alia cuntristat. Et quare nos non exaudiet Deus invocantes se? Immo exaudiet, sed moriamur. Audi: 'Quare manus vestrae sanguine plenae sunt? Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis; quaerite iudicium, subvenite oppresso, defendite viduas, et venite et arguite me, dicit Dominus'. Et iterum: 'Vae, qui iustificatis impium et pro munere cundempnatis iustum. Vae, qui dicitis bonum esse malum et malum bonum dicitis, quia non est impiis gaudere, dicit Dominus. Sed si auferas a te omnem vinculum iniquitatis et verbum murmurationis et des esurienti panem tuum ex animo et animam humiliatam satiaberis', Ysaia dicit, 'erit Deus tuus tecum semper et non declinabit a te. Tunc clamabis, et Dominus exaudiet te; adhuc te loquente, dicet: ecce adsum'. Videte, quomodo cito exaudiet Deus observantes praecepta sua! De iustis audi iterum David: 'Iunior fui et senui, et non vidi iustum derelictum neque semen eius quaerens panem'. De peccatoribus autem quid scriptum est? 'Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitiam meam et sumes testamentum meum per os tuum?' et cetera usque: 'intelligite, qui obliviscimini Deo, ne quando rapiat, et non sit qui eripiat'. O karissimi, hic sermo ante oculos vestros cotidie stare debet, ut, quantum solliciti sumus de timore, tantum nobis proficiat ad salutem. Vae anima illa, quae sic rapitur, quomodo accipiter aves. Hora egressionis animae nihil nobiscum tollimus nisi peccata quae gessimus. Subsannamur e malignis spiritibus, deridemur ab ipsis, et coartant sine misericordia. Cum male attrectemur, dicunt: 'Iste christianus mentitus, Christi opera in eo non invenimus. Ecce iste iudex captus est; en iste rex lapsus est. Non quomodo una obnoxia persona, sic iste sacerdos in profundum praecipitatus est?' Ante humanos oculos

quietum iacet corpus, sed non videtur, qualiter a malignis spiritibus trahitur anima ipsius ad poenam.

PASO      Testo originale

Et non solum inspectores ecclesiae pro se examinantur, sed pro ovibus suis et pro omni populo, qui sibi commissum est. Popularis homo fortasse pro anima sua patitur poenam, inspectores pro toto grege. Si in tenebras exterioris immittendus est, quod animam non ad Christum adtraxit, ubi mittendus est illi, qui christianas animas perdidit? Non praedicasti, tacuisti; non acquisisti; adquisitas et qui Deum serviebat cur vexasti, aut quare adflixisti? Quare in iudicio, ubi sedebas, periurii cunscius fuisti? Quare criminis auctor? Quare homicidii cunscius? Nonne canon praecepit, ut episcopus nullam curam secularium per semet ipsum sumat, ut lectionis vacet, euangelium assidue legat et doceat? Si hoc non vis sectari, imitare isto sancto viro, aequipara beatum istum Iohannem, redime captivos, erue iuxta prophetam eos, qui ducuntur ad mortem, praedica doce releva labentem ovem non te iustis separare a fratribus tuis, ut una cum ipsis beatus sis et gratia Dei in vobis vacua non sit.

PAST      Traduzione

Giovanni fu uomo mansueto e umile, saggio nel cuore, accorto nelle parole; ebbe bella eloquenza e condusse una vita onesta, con retti costumi e dolce parlare. Custodì incorrotti gli insegnamenti dei suoi predecessori. Egli poi, come alcuni narrano, per tre volte con molto denaro della chiesa riscattò dai nemici la città di Classe, e non solo la città, ma anche i suoi abitanti con tutti quelli che stavano nei dintorni riscattò, come ho detto. Infatti osservava le parole del vangelo e ogni giorno considerava quanto vi è detto: "Imparate che cos'è, voglio misericordia e non sacrificio". Ascoltate dunque le parole del profeta: "Mangerò forse le carni dei tori e berrò il sangue dei capri?" Ascolta anche un altro profeta, Isaia figlio di Amos: "Quando tenderete le vostre mani, allora io distoglierò da voi i miei occhi, e quando avrete moltiplicato le preghiere, non vi ascolterò". Perché dice questo?. Dove sono dunque le parole di Davide: "Invocami nel giorno della tua tribolazione, io ti libererò e tu mi magnificherai"? E certo un altro profeta dice: "Grideranno nel giorno della tribolazione e io li esaudirò". E adesso? Perché dunque il vaticinio di Isaia con le parole: "Questo dice il Signore: - Quando mi avrai pregato, mentre ancora stai parlando, ecco ti sono vicino"? E poi al contrario dice: "Distoglierò da voi i miei occhi". Una voce ci rallegra, l'altra ci contrista. E perché Dio non esaudirà coloro che l'invocano? Anzi li esaudirà, ma moriremo. Ascolta: "Perché le vostre mani sono piene di sangue? Lavatevi, siate mondi, togliete via dai miei occhi il male dei vostri pensieri; cercate la giustizia, soccorrete chi è oppresso, difendete le vedove, e poi venite e accusatemi", dice il Signore. E di nuovo: "Guai a voi, che giustificate l'empio e per un dono condannate il

giusto. Guai a voi, che dite malvagio il buono e buono il malvagio, perché il Signore dice che non è lecito che godano gli empi. Ma se da te togli ogni legame di iniquità e ogni parola di mormorazione, e se di buon cuore dai il tuo pane all'affamato e sazierai un'anima umiliata, - dice Isaia - il tuo Dio sarà sempre con te e da te non si volgerà. Allora griderai e il Signore ti esaudirà; mentre ancora stai parlando, ti dirà di esserti vicino". Badate come Dio esaudirà presto coloro che osservano i suoi comandamenti! Sui giusti ascolta di nuovo Davide: "Giovane ero e sono diventato vecchio, ma non ho mai visto il giusto abbandonato e la sua discendenza cercare il pane". Dei peccatori poi che cosa sta scritto? "Al peccatore Dio ha detto: - Perché mi racconti la tua giustizia e con la tua bocca cerchi la mia testimonianza? - " E via di seguito: "Voi che vi dimenticate di Dio, badate che una qualche volta non vi porti via e non ci sia chi vi liberi". Carissimi, questo discorso deve stare ogni giorno davanti ai vostri occhi in modo che, quanto siamo preoccupati dal timore, altrettanto esso giovi a noi per la salvezza. Guai all'anima che viene portata via come uno sparviero porta via gli uccelli.

Nell'ora della dipartita dell'anima nulla portiamo con noi se non i peccati che abbiamo commesso. Ci offendono e ci deridono gli spiriti maligni e ci opprimono senza misericordia. Quando siamo afflitti da un male, dicono: "Questo è un falso cristiano, non troviamo in lui l'opera di Cristo. Ecco, questo giudice è stato corrotto; ecco, questo re ha sbagliato. Questo sacerdote non è caduto in basso come una persona colpevole?". Agli occhi degli uomini il corpo giace tranquillo, ma non si può vedere come la sua anima sia messa in pena dagli spiriti maligni. I soprintendenti della chiesa poi non sono giudicati solo per sé, ma anche per le loro pecore e per tutto il popolo, che è stato loro affidato. Una persona comune forse subisce il castigo per l'anima sua, i soprintendenti lo subiscono per tutto il gregge. Se deve essere gettato fuori nelle tenebre chi non ha portato la sua anima a Cristo, dove dovrà essere gettato colui che ha perduto anime cristiane? Non hai predicato, hai taciuto; non hai conquistato; e perché hai maltrattato anime già conquistate, le quali servivano Dio, o perché le hai contristate? Perché nel giudizio, in cui sedevi, sei stato consapevole di spergiuro? Perché sei stato istigatore di un crimine? Perché corresponsabile di un omicidio? Forse che i canoni non dispongono che un vescovo non assuma per sé stesso alcuna cura delle cose del secolo, che si dedichi alla lettura, che assiduamente legga e insegni il vangelo? Se non vuoi badare a questo, imita questo sant'uomo, fatti uguale a questo beato Giovanni, riscatta i prigionieri, libera, come dice il profeta, quelli che vengono condotti a morte, predica, istruisci, solleva la pecora che sta per cadere, non ti separare dai tuoi fratelli, perché tu possa essere beato con loro e non

PAST Traduzione

sia vana in voi la grazia di Dio.

Episcopato di Giovanni IV: 625-631 d.C. Nessun'altra fonte cita le continue occupazioni di Classe di questo periodo: potrebbe essere una confusione con fatti del 579-584 d.C. in coincidenza con l'episcopato di Giovanni II romano (578-595 d.C.) o del 716-734 d.C. in parziale coincidenza con l'episcopato di Giovanni V (726-744 d.C.); si potrebbe trattare del pagamento di tre riscatti annuali per l'occupazione del VI d.C. prima della liberazione da parte del generale Drocton. Non si può escludere che sia un episodio a sé stante.

PASX      Note

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione      106 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

In huius igitur temporibus Agilulphus rex Langobardorum pacem cum Smaragdo patricio facta, per annum unum, stabilis fuit. Post namque annum expletum Balneum Regis et civitas Tusciae quae cognominatur Orbevetus ab exercitu invasae sunt Langobardorum. Et in mense Aprilis et Maio stella comis in caelo apparuit. Et iterum fecerunt Romani pacem cum praedicto rege tribus annis. Post haec autem invasa est Neapoli a Iohanne, et non post dies aliquos Eleutherius postquam expulit, interfecit eum. Et dum cum victoria reverteretur, patricius dedignatus est fascibus, quamvis eunuchus fuisset, imperii iura suscepit. Qui ingressus de Ravenna Romam vellet ire, a militibus in castro Luceolis gladio peremptus est; cuius caput cunditum sacco Constantinopolim imperatori delatum est. Eo quoque tempore praedictus rex Agilulphus notarium suum Stabilisinianum ad Focacem imperatorem legatum misit, deinde cum legatis imperatori revertens, pacem inter utrumque facta, aliquantos annos quiescit Italia.

PAST      Traduzione

Ai tempi di questo Agilulfo, re dei Longobardi, concluse col patrizio Smaragdo una pace che durò un anno. Trascorso l'anno, Bagnoregio e la città toscana chiamata Orvieto furono occupate dai Longobardi. Nei mesi di aprile e maggio apparve in cielo una stella cometa. Di nuovo poi i Romani fecero pace per tre anni col suddetto re. Dopo questi fatti Napoli fu occupata da Giovanni, ma non molti giorni dopo Eleuterio lo cacciò e uccise. Mentre ritornava vittorioso, disdegnando le insegne di patrizio, benché fosse eunuco, assunse il potere imperiale. Uscito da Ravenna, mentre intendeva recarsi a Roma, fu ucciso dai soldati con la spada nella rocca di Luceoli: il suo capo, messo in un sacco, fu portato a Costantinopoli all'imperatore. Sempre in quell'anno il suddetto re Agilulfo mandò il suo notaio Stabilisiniano [Stabliciano] come ambasciatore all'imperatore Foca, quindi, tornando quello con gli ambasciatori dell'imperatore, si fece pace tra loro e

l'Italia fu tranquilla per diversi anni.

I fatti di questo paragrafo sono da riferire all'episcopato di Giovanni III: 607-625 d.C. L'esarco Smaragdo e re Agilulfo strinsero patti di tregua dal 603 al 608 d.C. quasi tutti gli anni: l'occupazione di Bagnoregio e Orvieto è del 606 d.C. L'apparizione della stella cometa è da porre al 606 d.C. Missione di Stabliciano a Costantinopoli: 609 d.C. Occupazione di Napoli e eliminazione dell'usurpatore Giovanni di Compsa da parte dell'esarco Eleuterio: 617 d.C. Usurpazione ed eliminazione dell'esarco Eleuterio: 619 d.C.

PASX      Note

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione      107 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Igitur, ut diximus, Focas, extincto Mauricio eiusque filiis, Romanorum invadens regnum, per [octo] annorum curricula principatum tenuit. Postulante beato Bonifacio papa statuit, Romana ut ecclesia omnium ecclesiarum et capud esset et sedis, quod antea Constantinopolitana ecclesia prima vocabatur. Iterumque petit ab eo praedictus papa, ut in veteri fano, quod Romani pantheon vocabantur, destructa ydolorum sordes, ut ecclesia sanctae et intemeratae virginis Mariae et omnium sanctorum Dei martirum vel confessorum fieret, atque firmarentur, [ut] ubi omnium conventus daemonum cungregabantur, et ibi omnium sanctorum et Dei electorum memoria veneraretur. Interea exagitatum est bellum in Orientis partibus et Aegyptiorum. Prasini et Veneti inter se civili certamine gravissimas strages mactantes, multas Romanorum provincias, etiam et ipsam Ierosolimam captaverunt et ecclesias depraedantes, ad nihilum redierunt, et opes ecclesiae ornamentaque detulerunt, et ipsum vexillum sancta qua redempti sumus crucis auferentes, depopulaverunt et secum detulerunt. Heraclianus vero, qui in illis diebus Affricam regebat, contra hunc Focacem rebellavit, atque veniens cum exercitu, privaviteum regno et vita; Eraclius, eiusque filius, rem Romanam publicam regendam suscepit. His itaque transactis, defunctus est hic beatissimus et sepultus est, ut suspicatus sum, in ardua beati Apolenaris. Sedit annos 18, menses 6, dies 8.

Dunque, come abbiamo detto, Foca, dopo aver ucciso Maurizio con i suoi figli, occupando il regno dei Romani, tenne il potere per il corso di otto anni. Su richiesta del beato papa Bonifacio stabilì che la chiesa di Roma fosse la sede capitale di tutte le chiese, mentre precedentemente si chiamava prima la chiesa costantinopolitana. Il suddetto papa gli chiese anche che l'antico tempio, dai Romani chiamato pantheon, distrutta la bassezza degli idoli, diventasse chiesa della santa e immacolata vergine Maria e di tutti i santi martiri e confessori di Dio, e che lì fossero confermati, perché, dove c'era la riunione di tutti i demoni, lì si venerasse la memoria di tutti i santi e gli eletti di Dio. Frattanto scoppiò una guerra in Oriente e in Egitto. Prasini e Veneti, scontrandosi in guerra civile, fecero gravissime stragi. (I Persiani) conquistarono molte province dei Romani e anche la stessa Gerusalemme, saccheggiando le chiese e facendole scomparire; portarono via i tesori e gli ornamenti della chiesa e asportarono perfino il vessillo della santa croce, dalla quale siamo stati redenti. Eracliano, che in quel tempo governava l'Africa, si ribellò a Foca e, arrivando con un esercito, lo privò del regno e della vita; suo figlio Eraclio prese in mano il governo dell'impero romano. Accaduti pertanto questi fatti, morì questo beatissimo vescovo e fu sepolto, come ritengo, nell'ardica di S. Apollinare. Sedette in cattedra anni 18, mesi 6, giorni 8.

I fatti di questo paragrafo sono da riferire all'episcopato di Giovanni III: 607-625 d.C. Regno di Foca: 602-610 d.C. Trasformazione del Pantheon in chiesa cristiana: 609 d.C. Rivolta e presa del potere di Eraclio: 610 d.C.; Agnello sdoppia il personaggio evidentemente fraintendendo una fonte orientale. Distruzione persiana di Gerusalemme: 614 d.C.

PAS	PASSO
-----	-------

PASL	Localizzazione	108-109 - de sancto Bono
------	----------------	--------------------------

PASO      Testo originale

[108] Bonus XXXIII. iste nomine et operibus simul, macilenta et rubea effigie, plano capillis capite, canitiei ornatus et omni gratia plenus. Et si fortasse quis secum cogitet, dicat aut alios interroget, quomodo iste vel unde scire poterat horum sanctorum effigies, quales fuerunt illi, si macilentes, si pingues, nulla dubitatio inde ad crescat, quia pictura insinuat mihi illorum vultus. [109] Ab istius tempore vexationes gentium coeperunt crescere et fluctus illidere; sed iste de oratione consuetus, non cessabat preces assidue Deo dare. Pro fidelibus orabat, ut proficerentur, pro infidelibus, ut ad gratiam pervenirent; quia, antequam destruat mundus, omnes ad Christum cuncurrent. Audi David: 'Reminiscentur et convertentur ad Dominum omnes tribus terrae et adorabunt ante conspectum gentium'. Videte, quomodo ante iudicii diem omnis mundus post Christum ibit, et adorabunt solum Deum viventem in secula seculorum. Dic et cetera, o rex: 'Et adorabunt eum omnes reges terrae, et omnes gentes serviunt ei.' Et Paulus apostolus clamat: 'Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret'. Et quare non credunt modo? Quia eorum obdurata sunt corda et clausa sunt viscera. Illud velamen, quod Moyses habuit in facie, illorum infixum est cordibus. Et si velatum cor habent, quomodo ergo Ezechiel clamat: 'Auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum et scietis, quia ego Dominus?' Data sunt illi carnea corda, sed duritia illa semper in eis ad crescat. Audi apostolum: 'Secundum duritiam autem tuam et impenitentem cor taurizas tibi iram in die irae et indignationem iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua'. De eorum duritia audi ipsam veritatem: 'Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae'. Apud Deum omniaabilia sunt. Et quare non suscitavit? Si voluit, quis contraxit ei? Cum solus omnium dominator suscitavit sanctos apostolos, qui ex Abrahae propagine fuerunt, cuius vos imitatores estis et eorum gestatis figuras. Recordamini, sollicite rogo, sancta ecclesia inspectores, quamvis sublimem teneatis sedem, tamen mortales estis, semper solliciti, semper pavidum. Audite per prophetam: 'Vos sicut homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis'. Et filius praedicti prophetae: 'Beatus homo, qui semper est pavidus; qui vero mentis est durae, corrumpet in malum'. Obiit autem hic beatissimus praesul die 7. Kal. Septembris in senectute bona, sepultusque est in pace in basilica sancti Apolenaris sacerdotis et martiris in Classe. Sedit autem annis. . ., menses. . ., dies. . .

PAST Traduzione

[108] Bono fu tale di nome e di opera, dal volto macilento e rossiccio, coi capelli lisci sul capo, ornato di canizie e pieno di ogni grazia. Se qualcuno tra sé pensasse e dicesse e interrogasse altri per sapere come faccio io a conoscere i volti di questi santi, quali essi furono veramente, se erano macilenti o pingui, non sorga alcun dubbio, perché sono le pitture che mi presentano i loro volti. [109] A partire dal suo tempo cominciarono a crescere i tormenti delle popolazioni e a gonfiarsi i flutti; ma egli, abituato alla preghiera, non cessava di pregare assiduamente Dio. Pregava per i fedeli, perché diventassero migliori, per gli infedeli, perché giungessero alla grazia; questo perché, prima che il mondo vada distrutto, tutti accorreranno a Cristo. Ascolta Davide: "Ricorderanno e si convertiranno al Signore tutte le tribù della terra e lo adoreranno al cospetto delle genti". Considerate come prima del giorno del giudizio tutto il mondo andrà dietro a Cristo, e adoreranno il solo Dio vivente nei secoli dei secoli. Dì anche il resto, o re: "E lo adoreranno tutti i re della terra e tutti i popoli lo serviranno". E Paolo apostolo proclama: "Finché entrasse la moltitudine completa dei popoli e così tutto Israele fosse salvo". E perché adesso non credono? Perché i loro cuori sono induriti e le loro viscere chiuse. Quel velame che Mosè ebbe sul volto, essi l'hanno infisso nei loro cuori. E se hanno il cuore velato, perché allora Ezechiele grida: "Toglierò dalla vostra carne il cuore di pietra e vi darò il cuore di carne e riconoscerete che io sono il Signore"? Cuori di carne sono stati a loro dati, ma in essi sempre ricresce la durezza. Ascolta l'apostolo: "Secondo la tua durezza e il tuo cuore impenitente accumuli ira per te nel giorno dell'ira e l'indignazione del giudizio di Dio, che a ciascuno renderà secondo le sue opere". Riguardo alla loro durezza ascolta la verità stessa: "Dio è capace di suscitare figli di Abramo da queste pietre". A Dio tutto è possibile. Perché allora non li ha suscitati? Se lo voleva, chi gli si è opposto? Invero il solo signore di tutti suscitò i santi apostoli, che erano della progenie di Abramo, dei quali voi siete imitatori e rappresentate la figura. Ricordate, soprintendenti della santa chiesa, vi prego caldamente: anche se occupate un posto sublime, tuttavia siete mortali, sempre in ansia, sempre in timore. Ascoltate la voce del profeta: "Voi morirete come gli uomini e cadrete come uno dei principi". E il figlio del suddetto profeta: "Beato l'uomo che sempre ha timore; chi invece è di mente ostinata, rovinerà nel male". Questo beatissimo presule morì il 26 agosto in buona vecchiaia e fu sepolto in pace nella basilica di S. Apollinare sacerdote e martire a Classe. Sedette in cattedra anni..., mesi..., giorni...

PASX Note

Episcopato di Bono: 631-642 d.C.



Maurus XXXVIII. Iste fortis fuit viribus; diaconus huius ecclesiae fuit et yconomos et abba monasterio sancti Bartolomei extitit, ubi nunc, uti conspiciatis, ego sum, Deo favente, ex dimissione Sergii diaconi, patruelis mei. Hic praedictus, ut dixi, pontifex multas vexationes cum Romano pontifice habuit, multa certamina, multas turbines, multas altercationes. Multis vicibus Constantinopolim attigit, ut ecclesiam suam ab iugo vel conditione Romanorum everteret. Factumque est ita, et subtracta est Ravennatis ecclesia, ne unquam deinceps pontificis Romanae sedis ad consecrationis Romam iret futurus pastor Ravennensis ecclesia, seu nec illum regimen super se haberet, neque sub illius Romani pontificis ditione foret aliquando, sed hic consecrasset suum electum a tribus suis episcopis, palliumque ex imperatore Constantinopolitano deferebat. Si nos discurreremus per multa et longinqua itinera, per ordinem narrare potui, quomodo hoc factum est aut pro qua causa vel quibus ingeniis. Si hoc facere volumus, ut per omnia discurramus, cartas et atramentum expendo, et vos expectantes tardabitis. Diaconus et vicedomini istius ecclesiae fuit, monasterium beati Bartolomei apostoli, ubi ego abbas esse videor, ipse tenuit seculum [illud].

Mauro era fisicamente forte; fu diacono ed economo di questa chiesa e abate del monastero di S. Bartolomeo, dove, come vedete, ora sono con l'aiuto di Dio per lascito del diacono Sergio, mio zio paterno. Il predetto vescovo ebbe molti travagli col pontefice romano, molti contrasti turbolenti, molte liti. Più volte si recò a Costantinopoli per liberare la sua chiesa dal giogo e dal condizionamento dei Romani. Accadde così che la chiesa ravennate fu esentata in seguito dal dovere che il pastore della chiesa di Ravenna si recasse a Roma per essere consacrato dal pontefice di Roma; essa non ebbe più sopra di sé quel governo e non fu più sotto la giurisdizione di quel pontefice romano, ma il suo eletto veniva consacrato qui da tre vescovi e riceveva il pallio dall'imperatore di Costantinopoli. Se discutessimo molte cose e a lungo, potrei raccontare per ordine come ciò avvenne o per qual motivo e con quali idee. Se vogliamo fare ciò e discutere di tutto, io consumo fogli e inchiostro e voi farete tardi ad aspettare. Fu diacono e vicario di questa chiesa e tenne come bene secolare il monastero di S. Bartolomeo, dove ora vedete me abate.

Episcopato di Mauro: 642-671 d.C. Agnello, abate di San Bartolomeo come l'arcivescovo, si riferisce al conferimento dell'autocefalia nel 666 d.C.

Igitur misit ad rectorem suum Siciliae nomine Benedictum diaconum, qui igitur in tempore regebat curam de causis hac rebus Ravennensis ecclesia, manipularium suum, voluit ipsum rectorem Siciliae cunstituere, per epistolam dicens: 'Satis nobis servitium placuit. Senuisti; revertere ad sanctam matrem ecclesiam, ubi nutritus fuisti. Tenpus est iam, ut videam te, et istum nostrum manipularium constitue rectorem post te. Si fieri potest, non sit tibi gravis haec nostra admonitio; quod si tibi grave est hoc huius, vide, quomodo eum ad nos remittas'. Ille autem, sciens voluntatem pontificis, honoravit eum diversis exeniis et donis, auro argentoque, vasis cuncupiscibilibus atque promiscuis aliis. Cum vero deducti fuissent ad navem, obsculati sunt se invicem, et valedicentes ei, dedit illi trecentos aureos et misit illum opimum ad pontificem suum. Tunc praedictus Benedictus diaconus venit iterum in Siciliam, exinde honeratis dromonibus quinquaginta vilia modiorum tritici, sine quavis aliis aristis aut legumina, pelles arietum rubricatas et iacintinas casulas et pluviales syrias exornatas, laenas et cetera indumenta, vasa de auricalco et argentea, solidorum aureorum triginta unum milia. Ex his quindecim milia in palatio Constantinopolitano et sedecim milia in archivio ecclesia deportavit. Haec pensio omni anno solvebatur, triticum vero semper ad mensa unde pontifex vescebatur. Reversus vero manipularius pontifici narravit omnia quae gesta sunt, et indicavit de donis quod ei largitus est, et egit gratias absenti viro. Post tertium annum iterum misit eum, qui antea fuerat, in Siciliam ad praedictum diaconum, occasione data pro orto, quem tenebat, accessionem faceret, ut iterum muneraret eum. Et misit, ut, si non possit difinire causam: 'Ne quis invadat, etiam Constantinopolim pergite et imperatori supplicate'. Ille vero, postquam legit missam sibi epistolam, suscepit eum honorifice et dixit illi: 'Ortum, de quo agitur, dic domino meo, nos habemus. Cras maneamus illuc, et causam, pro qua tu missus es, sic faciam, quod tu nunquam ad Siciliam desideres venire'. Qui tribuit ei argentum multum ponderaque auri plurima. Et ultra non fuit ei, postquam Ravennam attigit, necesse ad Siciliam remigare.

Dunque al suo amministratore della Sicilia di nome Benedetto, che temporaneamente aveva cura delle cause e degli affari della chiesa ravennate, inviò un suo dipendente, che voleva costituire amministratore della Sicilia, dicendo per lettera: "Abbastanza è stato a noi gradito il tuo servizio. Ti sei invecchiato; ritorna alla santa madre chiesa, dove sei stato allevato. Ormai è tempo che io ti riveda, e tu costituisca questo nostro dipendente come amministratore dopo di te. Se è possibile, non ti sia di peso questo nostro invito; se invece lo è, vedi di rimandarmi indietro la persona". Quello allora, conoscendo la volontà del vescovo, onorò l'inviato con diversi omaggi e doni, con oro e argento, con vasi ambiti e altri comuni. Quando poi arrivarono alla nave, si baciaron a vicenda e tra i saluti gli diede trecento solidi aurei e lo rimandò ben ricco al suo vescovo. Allora il predetto diacono Benedetto rientrò in Sicilia, di qui fece caricare su dromoni cinquantamila moggi di grano, a parte altri cereali e legumi di ogni genere, pelli d'ariete tinte di rosso, casule color giacinto, piviali siriani adorni, mantelli e altri indumenti, vasi d'oricalco e d'argento, trentunomila solidi aurei. Di questi quindicimila li inviò al palazzo di Costantinopoli e sedicimila all'archivio della chiesa. Questo versamento veniva fatto ogni anno, il grano era sempre per la mensa del vescovo. Il dipendente, quando ritornò, raccontò al vescovo tutto quello che era stato fatto e fece vedere i doni che gli erano stati dati e mostrò gratitudine alla persona lontana. Dopo tre anni il vescovo mandò di nuovo al predetto diacono in Sicilia l'uomo che anche precedentemente era stato inviato, essendosi offerta l'occasione del passaggio di proprietà di un giardino che quello possedeva; e lo mandò perché quello di nuovo lo remunerasse. Lo inviò con mandato, se non si poteva dirimere la questione: "Nessuno si intrometta, andate fino a Costantinopoli e supplicate l'imperatore". Il diacono, quando ebbe letta la lettera a lui inviata, lo accolse onorevolmente e gli disse: "Di' al tuo signore che l'ho io il giardino in questione. Domani troviamoci là e io risolverò la questione per cui tu sei stato mandato in modo che tu non desideri più venire in Sicilia". Gli donò molto argento e grandissima quantità d'oro. E per quello, dopoché giunse a Ravenna, non ci fu più bisogno di raggiungere la Sicilia a forza di remi.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Mauro: 642-671 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

112 - de sancto Mauro

PASO      Testo originale

Contigit eo tempore, ut papa Romanus mitteret ad eum legationem, ut Romam pergeret, volens eum subiugare suae ditioni. Qui accepta epistola legit et cumplcuit, aiens ad legatos apostolicae sedis: 'Quid est hoc, quod facere nitimini? Nonne inter nos statutum est et sacramentum cunfirmatum, ut nec ille adversus me vel meam ecclesiam, neque sui posterii successoresque meos inquietent? Meum cyragraphum apud se habet, et ego illius detineo, post omnia inter nos cunscripta et sacerdotum meorum et illius manibus roborata. In ipsius manibus praecepta pagina confirmata sunt. Etiam vos ipsis ibidem literas exarastis. Haec iussa non cunsentio. Revertamini ad eum, qui vos misit, et quod audistis nunciate'. Qui reversi nunciaverunt per ordine gesta re. Tunc indignatus papa iussit scribere epistolam obligationis, anathematis vinculi innodatam, et ipse manu propria subscribens: ut, si non ad apostolicam sedem Maurus archiepiscopus veniret, non haberet licentiam missas canere, nec nullus homo ad eius communicationem accederet, neque quicumque clericus se illi adhaereret, nec ad sacrum sanctum altare cum ipso accederet, nec ullam oblationem cum eo vel pro eo offerret. Quicumque autem temerarius fuisset, non observasset, Iudaicis esset vinculis alligatus et a regno Dei alienus fuisset. Haec omnia inserta in epistola deferunt legati Romanae sedis, pontifici Mauro Ravennensis civitatis obtulerunt. Quam accipiens Maurus antistes, tristissimas legit literas. Qui et iste ira repletus, non specie furiae, sed quasi furor inrevocabilis, scribens et ipse epistolam similiter obligationis ex anathemate commissa, ut nec ille papa licentiam haberet, missas canendi, sicut nec iste; ad instar Romana epistola suam scribere iussit misitque Romam ad praedictum papam. Quam lectam proiecit a se, iterumque iussit colligi. Post haec voluit dirigere legatos Constantinopolim ad imperatorem, ut eo coherceret Maurum archiepiscopum, ad cuncilium Romam iret, quomodo ausus fuisset magistrum suum obligationis epistolam mittere. In tali vero obligatione mortui sunt ambo. Ex illa vero die nec Romae oblationes pro eo offerunt, nec hic pro isto; sed tantum omni ebdomada, die quinta feria post verpertinum officium expletum cunveniunt presbiteri, diacones, subdiaconi et clerici, ingrediuntur in secretarium et dividunt inter se bucellam panis et botulos singulos, ciatum vini; et dicit presbiter vel quicumque in ordine prior est: 'Requiem aeternam donet dominus Deus anima illius, in cuius commemorationem hac sumpsimus', et ceteri dicunt: 'Iubeat Deus'; et his dictis recedunt. Aiunt alii, quod post mortem ipsorum, post plura tempora Romae in concilio hanc causam discussam fuisset. Qui providentia episcoporum quasi pro depositione illorum inciderunt summitatem cunpadis pedis dexteri. Sic illi, sic isti.

PAST Traduzione

Accadde in quel tempo che il papa romano gli mandasse una legazione per invitarlo ad andare a Roma, volendo sottoporlo alla propria giurisdizione. Mauro, ricevuta la lettera, la lesse e la ripiegò e disse ai delegati della sede apostolica: "Che cos'è quello che cercate di fare? Non si è forse stabilito tra noi e confermato con giuramento che egli e i suoi successori non molestino me o la mia chiesa e i miei successori? Egli tiene presso di sé il mio chirografo e io sono in possesso del suo, e poi tra noi tutto è stato messo per iscritto e ratificato per mano dei miei sacerdoti e per mano sua. Le disposizioni sono state confermate con lo scritto che ha nelle sue mani e anche voi stessi lì avete firmato. Non accetto questi ordini. Ritornate da chi vi ha mandato e riferite quanto avete udito". Essi ritornarono e riferirono per ordine l'accaduto. Allora il papa, indignato, ordinò di scrivere una lettera d'obbligo con minaccia di scomunica e la sottoscrisse di propria mano: se l'arcivescovo Mauro non veniva alla sede apostolica, non aveva più licenza di cantare messa, nessuno doveva mettersi in comunicazione con lui, nessun chierico doveva stare con lui o con lui accostarsi al sacrosanto altare, né doveva fare alcuna offerta con lui o per lui. Chiunque fosse stato tanto temerario da non obbedire, fosse legato dalle catene di Giuda e messo fuori dal regno di Dio. I delegati della sede romana portarono con sé tutto questo inserito nella lettera e la presentarono a Mauro, vescovo della città di Ravenna. Ricevendola, il vescovo Mauro lesse il tristissimo scritto. Anch'egli a sua volta pieno d'ira, che non era furia, ma come un furore irrefrenabile, scrisse egli stesso una simile lettera d'obbligo con minaccia di scomunica, dicendo che neanche il papa, come lui, aveva licenza di cantare messa; fece scrivere la sua lettera come quella romana e la mandò a Roma al suddetto papa. Questi, letta, la gettò via da sé, poi ordinò di raccoglierla. In seguito avrebbe voluto mandare delegati a Costantinopoli dall'imperatore, perché costringesse l'arcivescovo Mauro a recarsi in concilio a Roma, dato che aveva osato inviare una lettera d'obbligo al suo maestro. Ma in questo scambio d'obblighi morirono entrambi. Da quel giorno né a Roma si fanno offerte per il vescovo Mauro né qui per questo pontefice; soltanto il giovedì di ogni settimana, terminato l'ufficio vespertino, presbiteri, diaconi, suddiaconi e chierici si riuniscono ed entrano in sacrestia e dividono tra loro un tozzo di pane, una salsiccia ciascuno e un calice di vino; e un sacerdote o chi è primo nell'ordine dice: "Il Signore Dio doni l'eterno riposo all'anima di colui in memoria del quale abbiamo preso questo", e tutti gli altri dicono "Dio lo comandi"; detto questo, se ne vanno. Altri dicono che, dopo la loro morte, trascorso molto tempo, questo contrasto fu discusso a Roma in un concilio. Qui providentia episcoporum quasi pro depositione illorum inciderunt summitatem cunpadis pedis dexteri. Così quelli, così questi.

Episcopato di Mauro: 642-671 d.C. Stando al racconto agnelliano, il contrasto sarebbe sorto con papa S. Vitaliano: 657-672 d.C. In realtà sembra che l'arcivescovo Mauro abbia agito in modo autonomo, fino al rifiuto di andare a Roma, già coi predecessori, e che quindi la crisi descritta da Agnello sia maturata nel corso di diversi anni. La frase in latino è lasciata dal traduttore in quanto ritenuta, da diversi studiosi, incomprensibile.

PAS	PASSO	
PASX	Note	
PASL	Localizzazione	113 - de sancto Mauro
PASO	Testo originale	<p>In hora autem mortis suae vocavit omnes sacerdotes suos, plorans coram eis, petens veniam, et dixit ad eos: 'Ego ingredior viam mortis, contestor et moneo vos, non vos tradatis sub Romanorum iugo. Eligite ex vobis pastorem, et cunsecratur a suis episcopis. Pallium ab imperatore petite. Quacumque enim die Romae subiugati fueritis, non eritis integri'. Et his dictis obiit; sepultusque est in ardua beati Apolenaris, mirae sepulturae. Ibi fuit lapis pirifreticus ante praedictam arcam, preciosissimus et valde lucidissimus in modum vitri. Et apertis ianuis, quae respiciunt ad ecclesiam beati Severi, intuisset quis illum lapidem, sicut in speculum tam homines quamque animalia sive volatilia vel qualiscunque res inde transissent, enigma quasi [in] seipulum videri potuisset. Sed pene annos 12, tempore Petronacis pontificis Lotharius augustus tollere iussit, et in capsam ligneam super lanam inclausit et Franciam deportavit et super altarium sancti Sebastiani, mensam ut esset, posuit. Praeceptum mihi a pontifice fuit, ut ego illuc issem, ne caementarii incaute agerent, frangeretur; sed corde dolore pleno in partem aliam secessi.</p> <p>In punto di morte chiamò a sé tutti i suoi sacerdoti, piangendo davanti ad essi e domandando perdono, e disse loro: "Io mi avvio per la strada della morte e raccomando a voi e vi ammonisco di non mettervi sotto il giogo dei Romani. Eleggetevi un pastore e sia consacrato dai suoi vescovi. Il pallio domandatelo all'imperatore. Infatti ogni giorno che sarete sottomessi a Roma, non sarete integri". Dette queste parole, morì e fu sepolto nell'ardica di S. Apollinare, in un sepolcro bellissimo. Ivi, davanti alla predetta arca, c'era una lastra di porfido, preziosissima e rilucentissima come il vetro. Aperta la porta che guarda alla chiesa di S. Severo, se uno avesse osservato quella lastra, avrebbe potuto vedere come in uno specchio uomini, animali, volatili e qualunque cosa passasse di lì. Ma circa 12 anni fa, al tempo del vescovo Petronace, l'imperatore Lotario ordinò di toglierla, avvolta in lana la racchiuse in una cassa di legno, la fece trasportare in Francia e la collocò come mensa sull'altare di S. Sebastiano. Il vescovo mi aveva ordinato di andare là,</p>
PAST	Traduzione	

perché i muratori non agissero incautamente e la lastra non si spezzasse; ma io, col cuore pieno di dolore, mi ritrassi da altra parte.

Episcopato di Mauro: 642-671 d.C. Prelievo della lastra di porfido da parte di Lotario: 828 d.C., quando Lotario era re d'Italia, diverrà imperatore nell'840, data minima alla quale andrà collocata questa biografia.

PASX      Note

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

114 - de sancto Mauro

PASO      Testo originale

PASL	Localizzazione	124 - de sancto Teodoro
------	----------------	-------------------------

PASO      Testo originale

Igitur post paululum tempus ipse praesul dolorem in pectore servans nocendi suis sacerdotibus, recordatusque malum, quod in eum exercuerunt, et quia minime poterat, ut volebat, suos parentes de rebus ditare ecclesia, occulte suggestionem Romam mittens ad Agathonem papam, quasi pro causa sanctarum Dei ecclesiarum in fide catholica cum eo tractaturus, illuc eum iuberet venire. Qui mox scripsit epistolam, ut Theodorus praesul pro sancta et intemerata fide catholica Romam properaret. Qui ostensam coram omnibus suis sacerdotibus legens replicuit dixitque ad illos: 'Quid vobis videtur? Ecce apostolicam epistolam vidistis, et quod infra continet scitis: quid vobis videtur? Extra vestram non faciam voluntate. Unum abeamus cunsilium, fratres, una voluntas, unus animus sicemus et antecessemus'. Illi vero in simplicitate respondentes, nescientes occultum cunsilium, dixerunt: 'Oportet nos omnibus pro fide orthodoxa etsancta Dei ecclesia mortis subiacere periculo'. Cum autem pervenisset Romam, subiungavit se suamque ecclesiam sub Romano pontifice. Romanus gavisus pontifex, qui adquisierat quae praecessores sui perdiderant, gratulanter suscepit eum et cunsensit ei quicquid postulavit, et quod petit largitus est voluntati eius. Mortuus vero Agathus papa, cum successore Leone omnia placita adimplevit; statutaque inter se fecerunt, ut, qualem electum hic ex Ravenna sacerdotes Romam deportasset, ipsum cunsecrasset; non amplius in tempore cunsecrationis Romae manerent nisi octo diebus; ultra iam illuc non veniret, nisi die natalis apostolorum legatum ex sacerdotibus mitteret; et Ravennensis pontifex esset quietus, et alia multa capitula, quae non possimus exarare, cunfirmata per manum Leonis cum presbiteris. Igitur obiit iste ferocissimus die 18. mensis Ianuarii, cum multa alacritate sacerdotum et omnium gratulatione humu submersus est, in ardua beati Apolenaris consubtus iacet. Epitaphium vero eius clare legere non potui. Sedit annos 13, menses 3 et dies 20.

Dopo un po' di tempo il presule, conservando nel cuore l'ansia di nuocere ai suoi sacerdoti e ricordando il male che gli avevano fatto, anche perché non poteva assolutamente, come avrebbe voluto, arricchire i parenti con i beni della chiesa, segretamente mandò un messaggio a Roma al papa Agatone, suggerendogli di farlo andare là come per trattare con lui la causa delle sante chiese di Dio nella fede cattolica. Il papa subito scrisse una lettera: il vescovo Teodoro si affrettasse ad andare a Roma per il bene della santa e intemerata fede cattolica. Il vescovo, mostrata la lettera a tutti i suoi sacerdoti, la lesse, la ripiegò e disse: "Che ve ne pare? Ecco, avete visto la lettera apostolica e ne conoscete il contenuto: che ve ne pare? Nulla farò contro la vostra volontà. Dobbiamo avere, fratelli, un solo proposito, una sola volontà, un solo animo: andiamo o diciamo di no? Quelli rispondendo con semplicità, senza conoscere il suo segreto proposito, dissero: "Per la fede ortodossa e per la santa chiesa di Dio noi tutti dobbiamo affrontare anche un pericolo di morte". Giunto a Roma, il vescovo sottomise se stesso e la sua chiesa al pontefice romano. Questi fu felice, perché aveva recuperato quello che i suoi predecessori avevano perduto, lo accolse con gioia e acconsentì a tutte le sue richieste e concesse quanto quello voleva. Morto il papa Agatone, il vescovo adempì tutte le prescrizioni col successore Leone; tra loro stabilirono che il papa avrebbe consacrato l'eletto qui a Ravenna che i sacerdoti avessero accompagnato a Roma e che al tempo della consacrazione non rimanesse a Roma più di otto giorni; a parte questo, il vescovo non avrebbe più dovuto recarsi là: soltanto nel giorno natalizio degli apostoli avrebbe mandato uno dei suoi sacerdoti come legato; il vescovo di Ravenna doveva stare tranquillo e per mano di Leone e dei sacerdoti furono confermate molte altre disposizioni, che qui non possiamo trascrivere. Morì dunque questo ferocissimo il 18 gennaio, con molta soddisfazione dei sacerdoti e con grande giubilo di tutti fu inumato: giace sepolto nell'ardica di S. Apollinare. Non ho potuto leggere bene il suo epitaffio. Sedette in cattedra anni 13, mesi 3 e giorni 20.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Teodoro: 677-691 d.C. Pontificato di Agatone: 678-681 d.C. Pontificato di Leone II: 682-683 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

125 - de sancto Damiano

PASO      Testo originale

Damianus XXXVII. brevi corpore, non satis pinguis, ex isto ovile, consecratus Romae, humilis homo, mansuetus et pius. Eo regente cathedram, magna quies in sacerdotibus et populo fuit. Sicut nobis vetustiore retulerunt, audite. Contigit eo tempore, sicut narrante audivi, venit quaedam mulier cum infante parvulo, ut pontifex Spiritum sanctum per manum inpositionis et unctionem crismatis daret; ille vero tondebatur. Manipularii namque eius dixerunt mulieri: 'Expecta donec tondebatur'. Illa autem vociferabat, dicens: 'O quanta insania, viri! Puer moritur, et non vultis subvenire animae praecedentis neque nunciare, et ego taceo? Cucurrite, dicite domino pontifici, ut cunsignet hunc parvulum, quia in extremis est, antequam moriatur, ne post funus pueri noxii teneamini'. Illis autem habeantibus et moram facientibus, mortuus est puer. Tunc mulier coepit vociferare et magnis vocibus clamare theatrumque exitare, plangore tubicinum spargebat in vulgus. Audiens haec pontifex coepit interrogare, quid hoc esset. Et illi volentes obtegere huius facta rei, avertere pontificem ab ira, et non potuerunt. Mulier vero exclamavit: 'Ecce multis hic morata sum horis, et nullus nunciare voluit ex tuis, ut cunsignasses puerum; modo vero anima eius non est in eo. Corpus mortuum quomodo potest paraclitum suspicere Spiritus sancti, tu videris, optime praesul'. Tunc accipiens eum pontifex in umbras suas, valde gemens et flens ingressus est post absidam ecclesiae, prostravitque se cum eo pronus in terra flens et orans diutissime, caeleste Dominum invocante. Eo autem orante, reversa est anima pueri in viscera eius, et cunsignans eum, emisit spiritum. Eo namque tempore reversus est praedictus Iohannis Constantinopolim Ravennam, et claruit eius sapientia in tota Italia.

PAST      Traduzione

Damiano era piccolo, non molto grasso, di questo ovile, umile, mansueto e pio: fu consacrato a Roma. Mentre questi occupò la cattedra, ci fu grande pace nei sacerdoti e nel popolo. Ascoltate che cosa ci hanno tramandato gli antichi. Ho sentito raccontare che la suo tempo arrivò una donna con un bambino piccolo perché il vescovo gli desse lo Spirito santo con l'imposizione delle mani e l'unzione del crisma; ma il vescovo si stava tagliando la barba. I suoi domestici dissero alla donna: "Aspetta che si rada". Quella si mise a gridare: "Uomini, che pazzia! Il bambino sta morendo e non volete soccorrere un'anima che parte e non volete riferire, e io debbo tacere? Correte, dite al signor vescovo che faccia il segno su questo bambino, che è agli estremi, prima che muoia, perché dopo la morte del bambino non siate ritenuti responsabili". Mentre quelli andavano indugiando, il bimbo morì. Allora la donna cominciò a gridare e a urlare a gran voce e a fare una gran scena: spargeva nel popolo uno strepito da trombettieri. Il vescovo, avendo udito, cominciò a chiedere che cosa fosse. Quelli volevano nascondere la cosa e distogliere il vescovo dall'ira, ma non lo poterono. La donna gridò:

"Ecco, sono stata qui molto ore e nessuno dei tuoi ha voluto dirti di segnare il bambino e adesso l'anima sua non è più in lui. Vedrai tu, ottimo presule, come il corpo morto possa ricevere lo Spirito santo paraclito". Allora il vescovo lo prese tra le braccia profondamente gemendo e andò piangendo dietro l'abside della chiesa; si stese prono a terra con lui, piangendo e pregando per lunghissimo tempo invocava il Signore del cielo. Mentre pregava, l'anima ritornò nel corpo del bambino e quando egli lo ebbe segnato, il bambino esalò il respiro. In quel tempo ritornò da Costantinopoli a Ravenna il già ricordato Giovannicio e la sua sapienza fu celebrata in tutta l'Italia.

PASX      Note

Episcopato di Damiano: 692-708 d.C.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

126-129 - de sancto Damiano

PASO      Testo originale

[126] Nos vero fratres semper in excubiis sumus, sicut milites in procinctu; et quando omnipotentis Dei nostri miracula audimus, gratulamur, quia dignatus est labentes ad regnum erigere; et quando diabolum audimus aliquem laedere et suis laqueis inretire, tristamur, quia captus ille non certavit fortiter contra invisibilem hostem. Sed tamen nullus adversus eum dimicare poterit, nisi caeleste fuerit clipeo munitus. Ille tergiversator, ut qui se altissimus esse voluit et Filium Dei derisit, si non vos stare pigeat, audietis, qualia sua calliditatis opera in istius praesulis temporibus in hac seminavit civitatem. In priscis igitur temporibus consuetudo orta fuit, usque nunc talis horrenda et cavenda, detrahenda, iniqua, fuit et permanet usque nunc. Die omni dominico vel apostolorum die Ravennensis cives non solum illustres, sed homines diversae aetatis, iuvenes et ephibi, mediocres et parvuli, promiscui sexus, ut diximus, post refectionem per diversas portas aggregatim egredientes, ad pugnam procedunt. Delirati et insani, quando sine causa inter se morti subiciunt. [127] Contigit eo, ut diximus, tempore, ut Tiguriensis porta iniret certamen cum posterula quae vocatur Summus vicus iuxta fossam Lamisem. Qui ingressi in prima fronte a fundibulariis insecuti, terga Pusterulenses dederunt. Tigurienses vero eos insequentes, multa straverunt corpora humo et venerunt ad praedictam pusterulam, minaverunt residuis infra et cunfrigerunt molchos et serras, cum victoria in sua reversi sunt domos. Et post dies octo, dominico ex utrasque egressi sunt portas; et parvuli cum modica orbitella, sicut mos erat illorum, relicto ludo, irruentos inter se, cum baculis sua capita fregerunt. Alii vero se interficiebant procul manibus missile saxo; alii rugitum runbulorum territi per diversa fugiebant loca; alii vero hinc et inde induti iuvenilibus armis, contra senes strages iniebant coaevos. Et non erat ulla requies. Undique vulgo caedentium gladio ex Pusterulae parte

mortui sunt; alii namque semivivi relicto, et calidus efluebat sanguine vero de pectore rivus, et alii erant, quorum ore aperto emanabat roseus sanguis; multique ex corporis plaga largissima fundebant cruorem, oreque terra mordente, spiritum exalabant. Quicumque vero suis hostibus petebat vitam, dicens: 'Heu anima, anima mea', cessabat ictus, et non occidebatur. Ita et nunc, quose cunfudit mori et vitam animae postulat, sinit eum vivere, et ultra non percutitur. Factaque est plaga magna in regione illa, qualis non fuit aliquando a priscis temporibus, quam seniores nostri memorare potuissent. Ecce perditio prima in regione illa et luctus et vae. Secunda vero perditio et interemptio maxima lamentatio est. [128] His itaque gestis, post has strages modica quies fuit. Diabolus vero perniciosissimus et invisibilis hostis, invidus generi humano, stimulavit Posterulensium corda, et quasi quis hostium pulsans, sic eorum cotidie praecordia vorabantur. Initoque omnes consilio, qualiter possent Tegurienses viros morti subicere et funditus eradicare, tunc unusquisque dixit ad cumpatrem suum et cuntubernalem amicum: 'Quid adhuc nobis vita? Ecce omnes socios nostros Tigurienses interfecerunt viros, et nos dominico die interimere moliuntur.

Natos relinquamus orfanos, nesciemus cui servituri sunt; uxores nostrae remanebunt viduae; omnem censum nostrum inimici nostri deglutient. Ut quid nobis adhuc vita? Sumus fortissima pectora in bello'. Et elevata voce omnes fleverunt. Post depositum luctum dixerunt: 'Venite, insidiamur illis. Occulte aptemus contra eos dolosa mendacia et improba fingamus verba et decipiamus eos in falsa humilitate'. Subsequente die dominico infra Ursianam ecelesiam rogaverunt clam Posterulenses viros, et ut Tegurienses pranderent cum illis, et petierunt, ne quis sciret. Expletis vero divinis eloquiis, abiit unusquisque ad petito rem suum, et per mansiones singulas dispersi, et per diversis dapibus propinaverunt mortem. Alii vero pugione perhempti humo commendati sunt; alii vero securibus cerebro illisi in stabulo sub stercore equorum sepulti sunt, ne signa interfectionis invenirentur; nonnulli vero missile per femur transfossi sunt telo; alii que pulsantibus pannis exuti cloacas proiecti sunt; alii namque celidonio mucrone irruentes, dies finierunt et vitam; multi vero percussi volatili ferro in cuniculam proiecti, luto obtecti sunt. Tegurienses miseri a Postirulensibus diversis poenis sunt interempti, et sie occulte factum est, ut nec interfectionis nec sepulturae signum neque amicorum quis scire potuisset. Alia vero die fit luctus ingens, moerore undique, tota in luctu civitas morabatur. Clausa sunt balnea, cessaverunt spectacula publica, mercatores retexerunt pedes, oppilaverunt caupones tabernas, nondinatoris reliquerunt negotia, sacerdotes gemebant in ecclesiis, seniores lugebant, omnes iuvenes in plateis erant moerentes, omnis maritus sumpsit lamentum, matronaeque a thoro maritali

moerebant, viduae indutae sunt veste lugubri, speciositas virginum immutata est, parvuli singultibus nimium quatiebantur, in amaritudine animae omnes afflicti erant. Alii plorabant patrem ignotae mortis, alii spcetabant filios, nescientes, si esset fugitivi, alii fratrum ignorantes periculum, alii viros spectantes, nec quid certius sciebant; unusquisque diversas illuc atque illuc incedebant vias, quaerentes et minime eorum inveniebant. Verba vero moerentium haec erant: 'Si vero terra eos absorbit, forte aliquis eorum vidisset; si in profundo pelagi demersiessent, fluctus nobis eorum corpora reddidissent; si bestiae devorassent, ossa non deglutissent; si quis ipso gladio interfecissent, cruor vero mortem eorum nobis ostenderet'. Et multa alia opinabant lugentes populi, submissi humo, capillos et barbas extrahentes, unguibus ora foedantes, vestes a pectore scindentes, fratres et cognatos, filios et nepotes plorantes, amissos cunsanguineos requirentes, tota cives finierunt ebdomada in lamento. [129] Tunc sanctus vir Damianus videns hanc civitatem in tanto luctu morantem, ipse se, in maximis dedit lamentis. Die dominico praedicavit ieiunium, ut secunda, tertia et quarta feria incessanter Deum deprecaretur, ut de caelo auxilio divino muniti, alicui hoc excidium revelaret. Praesul vero praecepit populo, ut segregatim incederet.

Ipse cum clericis et monachis in unam partem, laici vero, senes, adolescentes et pueri unus praecepit ut esset chorus; nuptae vero mulieres et innuptae, viduae et puellae in alteram partem; turma vero pauperum separatim. Non omnes in unum incedebant, sed separatim, quasi medio iactu lapidis. Sacerdotes vero, sanctis depositis vestibus, saccos induti sunt, et sparso in capitibus cinere et pedibus nudis incedebant. Omnes nobiles et ignobiles ciliciis se operierunt, inculta capita squallidaque barba moerendo incedebant. Matronae, depositis vestibus iocunditatis, lugubrem indutae sunt vestes. Omnes decalvabant vertex suas et cutem nudabant. Speciositas virginum sublata est abstulerunt a se mutatorias vestes et pallia proieceruntque a se inanes et anulos et dextralia et pereselidas et munilia et olfactoria et acus et specula et lunulas et liliola praesina et laudosias et omnia iocunda et cuncupiscibilia proiecti, carmen lamentationis indutae sunt. Parvuli ab uberibus matris suspensi sunt; planctus hominum, mugitus parvulorum, fletus matrum, mugitus bovum, innitus equorum, balatus pecorum, ceterumque feminarum, animalium, tota civitas cunclamabant. Expletis tribus diebus afflictionis, ante solis occasum omnipotens Deus, qui revelat profunda de tenebris et abscondita producit in lucem, fecit mirabilia, qualia nunquam in gentibus audita sunt. Ab amphitheatro, quod fuit priscis temporibus iuxta porta quae vocatur Aurea, usque ad iam dictam posterulam factus est quasi crepitus et sonitus ingens, et elevatus est fumus quasi nebula, et hiens terra omnes mortuos, quos infra se

clausos habuit, quos Posterulenses demoliti sunt, cum nimio foetore in suo sinum ostendit. Tunc populi, audito sonitu, ad foetorem currentes, invenerunt singuli mortuos suos per singulas casas, infra plagas vermes nutrientes. Tunc adprehenderunt homicidas, iudicaverunt eis digna factis et regionem ipsam cum haedificiis subverterunt et ad nihilum redigerunt, et vocaverunt illam regionem Latronum usque in praesentem diem. Non solum ipsi, sed et coniuges et filii eorum diversos modos poenarum perpassi sunt. De rebus vero eorum nihil aliquis contingere voluit, sed pyrae traditae sunt ad pontem qui vocatur Milvius, qui nuper diruptus est, et idem in ipsa regionem fuit Latronum iuxta tribunal monasterii beati cunfessoris Christi Severini.

[126] Noi, fratelli, siamo sempre in guardia, come soldati pronti a muoversi; e quando ascoltiamo le meraviglie del Dio nostro onnipotente, ci rallegriamo, perché si è degnato di alzare al regno i deboli che cadevano; e quando sentiamo che il diavolo fa del male a qualcuno e lo vuole prendere nei suoi lacci, ci rattristiamo, perché quello, sedotto, non ha combattuto da forte contro un nemico invisibile. Tuttavia nessuno potrà combattere contro di lui, se non sarà protetto dallo scudo celeste; Se non vi dispiace di restare qui, ascolterete come quell'ingannatore, che ha voluto essere grandissimo e ha schernito il Figlio di Dio, con la sua astuzia ha seminato in questa città ai tempi di questo vescovo. Nei tempi antichi dunque nacque un'usanza, e resta tuttora tale, orrenda e detestabile, iniqua e da rifiutarsi. Ogni domenica e nel giorno degli Apostoli [29 giugno] i cittadini di Ravenna, non solo quelli illustri, ma di ogni età, giovani e adolescenti, mezzani e piccoli, di entrambi i sessi, come abbiamo detto, dopo il pasto, uscendo a gruppi dalle diverse porte, vanno a battaglia. Sono deliranti e folli, perché senza motivo vanno tra loro divisi incontro alla morte. [127] In quel tempo accadde, come abbiamo detto, che la porta Teguriense combattesse contro la posterula chiamata "Quartiere sommo", vicino alla fossa Lamisa. I Posterulensi, andati in prima fila, attaccati dai frombolieri, volsero le spalle. I Teguriensi allora, inseguendoli, ne stesero a terra molti e arrivarono alla suddetta posterula, fecero minacce a quelli rimasti dentro e infransero catenacci e serrami, quindi ritornarono vittoriosi nelle loro case. Dopo otto giorni, di domenica uscirono dalle due porte e i piccoli, abbandonato il gioco con un piccolo disco, come era loro uso, scagliandosi gli uni sugli altri, si spaccarono le teste con i bastoni. Altri si ammazzavano da lontano scagliando sassi; altri, atterriti dal fischio delle fionde, scappavano da parti diverse; altri ancora, portando armi da giovani, facevano strage di vecchi coetanei. E non c'era tregua. Molti dalla parte della posterula morirono per i colpi di spada; da altri, lasciati semivivi, fluiva dal petto un caldo fiotto di sangue; altri emettevano rosso sangue dalla bocca spalancata; e molti perdevano sangue da vastissime ferite e mordendo

PAST Traduzione



la terra con la bocca esalavano il respiro. Per chiunque chiedeva la vita ai suoi nemici dicendo: "Oh anima, anima mia!", cessavano i colpi e non veniva ucciso. Così anche adesso, chi crede di star per morire e domanda la vita dell'anima, lo si lascia vivere e non viene più colpito. Avvenne una grande strage in quella zona, quale con c'era stata mai dai tempi antichi, che i nostri vecchi avessero potuto ricordare. Ecco la prima rovina in quella zona e lutto e dolori. Il secondo grandissimo disastro fu il lamento. [128] Verificatisi questi fatti, dopo queste stragi vi fu un po' di pace. Ma il diavolo, nemico invisibile e pericolosissimo, invidioso del genere umano, eccitò i cuori dei Posterulensi e i loro animi ogni giorno erano come rosi da un nemico che li colpisse.

Si riunirono tutti per vedere come potessero mettere a morte i Teguriensi e sterminarli del tutto; allora ciascuno disse al suo compare o commilitone: "Che cos'è adesso la nostra vita? I Teguriensi hanno ucciso tutti i nostri compagni e nella prossima domenica pensano di uccidere anche noi. Lasceremo i figli orfani, non sapremo di chi saranno servi; le nostre spose rimarranno vedove; i nostri nemici divoreranno ogni nostro reddito. Che cos'è adesso la nostra vita? Eppure siamo cuori fortissimi in guerra". Alzando la voce tutti si misero a piangere. Messi da parte i lamenti, dissero: "Venite, tendiamo loro un'insidia. Segretamente prepariamo contro di loro parole ingannevoli e inventiamo discorsi malvagi e imbrogliamoli con falsa umiltà". La domenica seguente, dentro alla chiesa Ursiana, di nascosto i Posterulensi invitarono i Teguriensi a pranzare con loro e chiesero che nessuno lo sapesse. Terminato il rito religioso, ciascuno andò da chi lo aveva invitato e dispersi nelle diverse residenze e nei diversi pranzi incontrarono la morte. Alcuni, uccisi con un pugnale, furono sotterrati; altri, colpiti al capo dalle scuri, furono sepolti nelle stalle sotto lo sterco dei cavalli, perché non si trovassero i segni delle uccisioni; parecchi furono trafitti nella coscia da dardi scagliati; altri ancora, spogliati mentre ancora palpitavano, furono gettati nelle fogne e altri finirono i giorni e la vita incontrando la punta della spada a coda di rondine e molti, colpiti da ferro volante, furono gettati in una fossa e coperti di fango. I miseri Teguriensi furono uccisi dai Posterulensi con pene diverse e si agì così di nascosto che nessuno degli amici poté vedere un segno della strage né della sepoltura. Il giorno dopo vi fu gran lutto e dolore e tutta la città era in lutto. Furono chiusi i bagni, non si ebbero gli spettacoli pubblici, i mercanti andarono via, gli osti chiusero le osterie, i venditori lasciarono le botteghe, gemevano i sacerdoti in chiesa, piangevano i vecchi, erano tristi tutti i giovani nelle piazze, ogni marito cominciò a lamentarsi, piangevano le matrone sul letto nuziale, le vedove si vestirono a lutto, venne meno la bellezza delle ragazze, i piccoli erano tormentati dai singhiozzi e tutti gli animi erano affranti dal dolore. Alcuni

piangevano il padre senza sapere che morte avesse avuto, alcuni aspettavano i figli, non sapendo se fossero riusciti a fuggire, alcuni ignoravano la sorte dei fratelli, alcune donne aspettavano i mariti senza avere notizie sicure; ciascuno girava qua e là per strade diverse, cercando e nulla trovando di quelli. Queste erano le parole di quegli afflitti: "Se la terra li avesse inghiottiti, qualcuno forse li avrebbe visti; se fossero stati sommersi nel profondo del mare, i flutti ci avrebbero restituito i loro corpi; se li avessero divorati delle bestie, non avrebbero mangiato le loro ossa; se qualcuno li avesse uccisi proprio con la spada, il sangue versato darebbe a noi un indizio della loro morte". E piangendo molte altre cose pensava la gente, con i volti fissi a terra, strappandosi la barba e i capelli, deturpandosi il viso con le unghie, strappandosi le vesti di dosso, piangendo i fratelli e i parenti, i figli e i nipoti, mentre cercavano i consanguinei perduti: tutta una settimana i cittadini consumarono nei lamenti. [129] Allora il sant'uomo Damiano, vedendo questa città che persisteva in così grande lutto, si abbandonò anche lui ai più grandi lamenti.

La domenica predicò il digiuno e disse che nelle ferie seconda, terza e quarta [lunedì, martedì e mercoledì] si pregasse Dio incessantemente perché, protetti dall'aiuto del cielo, potessero scoprire come era avvenuto questo eccidio. Il presule ordinò al popolo di procedere a gruppi. Egli con il clero e i monaci andava in un gruppo; ordinò che laici, vecchi, giovani e ragazzi formassero un solo coro; le donne sposate e le vergini, le vedove e le bambine dovevano formare un altro gruppo; separatamente doveva andare anche la turba dei poveri. Non procedevano tutti insieme, ma separatamente circa alla distanza di un lancio di pietra. I sacerdoti, deposti gli abiti sacri, si vestirono di sacchi, e procedevano a piedi nudi col capo cosparso di cenere. Tutti, nobili e non, si misero il cilicio e avanzavano col capo disadorno e con la barba incolta, piangendo. Le matrone, deposte le vesti del tempo di gioia, indossarono abiti da lutto. Tutti si strappavano i capelli e lasciavano nuda la cute. Scomparve la bellezza delle vergini; buttarono via da sé gli abiti da cambiarsi e i mantelli, gettarono via orecchini, anelli, braccialetti, cerchietti per le caviglie, monili, profumi, aghi, spille, lunette, collane, reggiseni e laudosie; e dopo aver messo via tutte le cose piacevoli e desiderabili indossarono un canto di lamento. I bimbi stavano sospesi al seno delle madri; c'era il pianto degli uomini, l'urlare dei bambini, il gemere delle madri, il muggito dei buoi, il nitrito dei cavalli, il belare delle pecore e di tutte le femmine degli animali: la città era tutto un clamore. Trascorsi tre giorni di afflizione, prima del tramonto Dio onnipotente, che apre la profondità delle tenebre e porta alla luce le cose nascoste, fece meraviglie tali quali mai furono udite in mezzo alla gente. Dall'anfiteatro, che nei tempi antichi si trovava presso la

porta detta Aurea, fino alla predetta posterula si udì come un crepitio e un grande frastuono, si alzò del fumo come nebbia e la terra spalancandosi fece vedere nel suo grembo con grande fetore tutti i morti che teneva rinchiusi dentro di sé, abbattuti dai Posterulensi. Allora la gente, udito il rumore, accorrendo verso il fetore, trovarono ciascuno i loro cari che erano morti nelle singole case e i vermi che si nutrivano dentro le loro piaghe. Allora presero gli assassini, li giudicarono come meritavano per le loro azioni, sconvolsero quella zona con i suoi edifici e la annientarono, e poi la chiamarono "zona dei Briganti" fino ad oggi. Non solo loro stessi, ma anche le mogli e i figli subirono pene diverse. Dei loro beni nessuno volle toccare nulla, ma furono posti sul rogo vicino al ponte che è detto Milvio, recentemente distrutto; anche questo era nella zona dei Briganti vicino all'abside del monastero del beato Severino confessore di Cristo.

PASX      Note      Episcopato di Damiano: 692-708 d.C.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione      131-132 - de sancto Damiano

[131] Sed et de Iohanne abbate monasterii sancti Iohannis, trans Cesaream situm in dudum Classis, quod vocatur Ad Titum, non praetermittamus. Fuit iste temporibus huius Damiani antistitis presbiter homine Iohannes, abbatem monasterii sancti Iohannis qui vocatur [Ad] Titum, quod rustici nescientes vocant eum Ad Pinum. Qui praedictus presbiter, cum multas altercationes et iudicia de rebus sui monasterii beati Iohannis cum singulis hominibus haberet et nullatenus finis imposita fuisset, sed maxime volebant multi praedia monasterii iniuste deglutire, attigit Constantinopolim, et moratus igitur ibidem multis diebus, faciem imperatoris non vidit. Qui infra semet ipsum varia consilia volvens, die quadam stetit deorsum iuxta murum cubiculi, ubi imperator sedebat sursum, istius vocatorii de adventum Domini dicens: 'Qui venturus est veniet, et non tardabit; regnum in manu eius et potestas et imperium'. Imperator audiens haec, delectabatur abscultans. Ivitque thronos, voluit eum amovere de eo loco; et iussit imperator desuper, ne quis ei esset molestus, donec expleret. Finitoque toto invitatorio, vocavit eum sursum; stetitque ante imperatorem et suam, pro qua venerat, causam ordinabiliter cognitam fecit. Iussitque imperator tale exarare praeceptum, ut ipsa res in eo monasterio in perpetuum esset et ut ipsum munimen pro sempiterna lege fuisset. Post haec autem prostravit se pedibus diu praedictus presbiter Iohannes, flens agensque: 'Iubeat mihi dominus meus exarare epistolam ad exarchum, ut non obligata fideiussor meus tollat, quia crastina dies erit constitutum placitum, ut ego cum adversario meo in conflictu stare debuissim.' Paruit autem imperator

PASO      Testo originale

postulationis eius et iussit scribere epistolam ad exarchum, ut nullam distinctionem de hac fieret causa, neque in iudicio eum quis deduceret, nec obligata fideiussor tolleretur, nec ullo modo eum molestaret. Scripta vero epistola, quali mense, quali die vel hora, munita sigillo, data manibus eius, secessit et venit vesperscente die ad portum ipsius Constantinopolitanae civitatis, ut forte usum navis discurrentis Ravennae aut ad Siciliam invenire potuisset. Et requisitis omnibus carabis et celandriis atque dromonibus, non invenit. Ille autem iuxta litus maris arripuit iter. Nox ei nigras expandens alas inimicitiam praestitit. Quantum illi tenebrae offensae fuerunt, tantum silenitis suos sparsos radios ei beneficium praestitit, et quantum altius in sublimitate se erigebat, tantum clarius terra apparebat. Dum autem spatium in litore et cogitaret quid ageret, apparuerunt ante oculos eius tres viri in nigra veste eique dixerunt: 'Quid turbata mente, abba Iohannes, in hoc litore versaris?' At ille respondens, dixit: 'Omnia quaecunque ab imperatore petivi obtinui, multo tempore cummoratus sum, navis deest, ut Ravennam revertar, ideo mihi tristitia undique est'. Dixerunt ei improbi viri: 'Si ea, quae diximus tibi, facies, crastina die eris in domo tua infra domesticos tuos'. At ille dixit eis: 'Facio quod vultis'. Et illi: 'Accipe virgam in manu tua et designa in hoc sabulo navem, deinde vela, remigia, scafas nautasque'.

PASO      Testo originale

Fecit ita, ut sibi imperatum fuerat. Iterum dixit ad eum: 'Iace in cathaleta navis infra sentina iuxta carinam. Audies mugitus ventorum, postquam ingressus pelagus, audiens voces periclitantium, audiens tempestate et horrores, audiens sonitus aquarum inundantium, et sic oppila os tuum, ut nec etiam signum crucis manus tua inprimat'. Qui iacuit in terra prospiciens iuxta se maria. Ecce undique factus est repente sonitus quasi frangor nubium et velut procellosa tempestas; dabat ventus mugitus, ipsas suas verberabat pelagus undas. Frangitur remi, inciduntur antennae, solvuntur scaphae, dabant nautae nigerrimi teterrimos luctus, et ipse sic se coegit abba, ut nec flatum illius quis audiret potuisset. Ad pullorum vero cantus inventus est super tectum monasterii sui; et videns se solum, exclamavit voce magna ad suos, ut eum desuper de tecto deponerent. Illi denique putantes eum fantasma esse, nolebant parere praeceptis domini sui. Tunc ille clamabat vocem maiorem nominatim unumquemque eorum, aiens: 'Deponite me, et cognoscetis, quia ego sum. Vos scitis, quia in Constantinopolim fui civitatem pro utilitatibus istius monasterii, et modo venio; et ut non paveatis, scitote, quia validis ventis huc proiectus sum'. Illi, his verbis auditis, citius posuerunt scalas, et descendit. Agnitus est a suis, osculatusque per ordinem universos, iussit pulsare tabulam, dicens: 'Iam matutinum hora est'; et post opus Dei expletum eum petit quies. [132] Alia autem die lustrata Cesarea egressus est et a Wandalarum portam, quae est vicina portae Cesarea, relicto Laurenti palatio, Theodoricanus ingressus est, iubetque se exarcho praesentare. Ille laeto animo suscipiens eum, et iussit legere praeceptum; et cum complicatum reddidit presbitero offerenti sibi, dixitque ad eum: 'Hoc praeceptum in perpetuum tibi tuisque posteris tutamentum sit. Sponsionem fideiussori tuo tollam, quia negligens fuisti cum adversario agere tuo'. Ad haec ille respondens, dixit: 'Dominus noster imperator suum praeceptum per epistolam [confirmavit], ut omnia obligata mea facta sint in iudicia invalida'. Denique in ira versus patricius, accepit epistolam de manu presbiteri legitque, invenit exaratam secundum quod superius diximus, et retinens epistolam, in achemeniam versus, inrupit, dicens: 'Dic, falsitatis auctor, quando haec exarata fuit epistola?' Iohannes presbiter respondit: 'Heri in hora nona'. Patricius dixit: 'Et quo tam cito venire potuisti? Eo quod nullus est, qui in tribus mensibus Constantinopolim ire et revertere possit'. 'Quomodo ergo reversus sum', presbiter ait, 'pontifici meo indicabo, negotia mea et mea poenitentia, pariter in me hoc manet. Tamen si me falsitatis argues causa, mitte mecum legatos tuos, et pergemus illuc. Si haec falsa inventa fuerint, secundum patet, vos audite diffinitum'. Tunc inde removens pedem, venit ad episcopium istius ecclesiae, et ingressus ad Damianum papam, prosteruit se ad vestigia pedum eius et narravit ei omnia facta rei; indicavitque, quomodo eum fantasmae per discrimina

maris duxissent et super tectum sui monasterii posuissent et solum ibidem reliquissent.

PASO      Testo originale

Exortationem autem pontificis egit veram poenitentiam, et finivit dies suos in pace.

[131] Ma non dobbiamo passare sotto silenzio il fatto di Giovanni, abate del monastero di S. Giovanni, situato oltre Cesarea nell'antica Classe e che è detto "A Tito". Ai tempi di questo vescovo Damiano visse un sacerdote di nome Giovanni, abate del monastero di S. Giovanni detto "A Tito", che i campagnoli, male informati, chiamano "Al Pino". Il predetto sacerdote, avendo molti contrasti e cause con i singoli individui riguardo ai beni del suo monastero di S. Giovanni, siccome non si giungeva alla conclusione e molti volevano assolutamente impossessarsi senza diritto dei fondi del monastero, si recò a Costantinopoli, ma, pur restando lì molti giorni, non riuscì a vedere la faccia dell'imperatore. Rimuginando tra sé varie idee, un giorno si mise ai piedi del muro della stanza dove, in alto, stava l'imperatore, e cominciò a gridare tale invocazione sull'avvento del Signore: "Colui che sta per venire verrà e non tarderà: in mano sua regno e potere e imperio". L'imperatore udì e si compiaceva di quanto ascoltava. Un portinaio andò da lui perché voleva allontanarlo di lì, ma l'imperatore dall'alto comandò che nessuno lo molestasse finché non avesse finito. Terminata tutta l'invocazione, lo fece andare su e quello venne a trovarsi davanti all'imperatore e con ordine gli espone la causa per la quale era venuto. L'imperatore ordinò di scrivere un decreto tale per cui i beni fossero per sempre del monastero e quel documento valesse per legge perpetua. Poi il presbitero Giovanni si gettò ai piedi dell'imperatore e vi restò a lungo piangendo e dicendo: "Comandi il mio signore di scrivere una lettera per l'esarca perché il mio garante non prenda i beni ipotecati, dato che domani si prenderà una delibera, in quanto io avrei dovuto essere presente alla causa col mio avversario". L'imperatore aderì alla sua richiesta e comandò di scrivere la lettera per l'esarca, affinché nessuna modifica<sup>411</sup> si facesse di tale causa, nessuno lo citasse in giudizio, il garante non prendesse i beni ipotecati e in nessun modo alcuno lo molestasse. Quando la lettera fu scritta con indicazione di mese, giorno e ora, munita di sigillo gli fu consegnata ed egli se ne andò; verso sera si recò al porto di Costantinopoli per vedere se potesse per caso trovare da imbarcarsi in una nave che partisse per Ravenna o per la Sicilia. Avendo cercato fra tutti i battelli e i dromoni, non la trovò e si mise allora a camminare lungo la riva del mare. La notte stese su di lui le nere ali nemiche. Quanto gli furono moleste le tenebre, tanto gli fecero bene i raggi diffusi dalla luna, e quanto quella si levava più in alto, tanto più chiara gli appariva la terra. Mentre dunque camminava sulla riva e pensava che cosa

PAST      Traduzione

dovesse fare, davanti agli occhi gli apparvero tre uomini vestiti di nero e gli dissero: "Abate Giovanni, perché vai su questa riva con la mente turbata?" Egli rispose: "Ho ottenuto dall'imperatore tutto quello che avevo chiesto, sono rimasto qui molto tempo e non c'è una nave che mi faccia tornare a Ravenna: per questo sono pieno di tristezza".

Quegli uomini malvagi gli dissero: "Se farai quello che noi ti diremo, domani sarai a casa tua fra i tuoi famigliari". Allora disse loro: "Io faccio quello che volete". Ed essi: "Prendi in mano una verga e disegna una nave sulla sabbia, poi le vele, i remi, i battelli, i marinai". Quello fece come gli era stato ordinato. Di nuovo gli dissero: "Mettiti nel giaciglio della nave nella sentina vicino alla chiglia. Udendo l'urlo dei venti, dopo essere entrato in mare, udendo le grida di chi è in pericolo, udendo gli orrori della tempesta e lo strepito delle onde che ti investono, copriti il volto senza farti neanche il segno della croce con la mano". Si stese a terra guardando il mare che gli era di fronte. Ed ecco che all'improvviso si udì da ogni parte uno strepito, come un fragore di tuoni e una paurosa tempesta; muggiva il vento e il mare sconvolgeva le sue onde. Si spezzano i remi, cadono le antenne, si slegano le scialuppe, nel buio i marinai mandavano terribili grida, mentre anche così l'abate si contenne e nessuno poté udirlo fiatare. Al canto del gallo l'abate si trovò sul tetto del suo monastero e, vedendosi solo, chiamò a gran voce i suoi perché venissero a tirarlo giù dal tetto. Allora egli alzava la voce chiamando per nome ciascuno dei suoi: "Mettetemi giù e riconoscete che sono io. Voi sapete che sono andato nella città di Costantinopoli nell'interesse di questo monastero e adesso ritorno; perché non abbiate paura, sappiate che sono stato gettato qua dalla violenza del vento". Quelli, sentite queste parole, subito appoggiarono delle scale ed egli discese. Riconosciuto dai suoi, li baciò ad uno ad uno, ordinò di battere la tavola e disse: "Ormai è l'ora del mattutino"; terminato l'ufficio divino, il sonno lo colse. [132] Illuminato il giorno seguente, uscì da Cesarea e per la porta Vandalaria, che è vicina alla porta di Cesarea, lasciato il palazzo di Lorenzo, entrò in quello di Teoderico e chiese di presentarsi all'esarca. Questi l'accolse con animo lieto e volle leggere il decreto; ripiegatolo, lo restituì al presbitero che glielo aveva porto e gli disse: "Questo decreto sia per sempre garanzia per te e per i tuoi successori. Io però toglierò la malleveria al tuo garante, dato che hai trascurato di discutere la causa col tuo avversario". A ciò l'abate così rispose: "L'imperatore nostro signore ha confermato con una lettera il suo decreto, perché nel giudizio siano annullate tutte le mie ipoteche". Finalmente il patrizio si adirò, prese la lettera dalle mani del presbitero, la vide scritta come già abbiamo detto e tenendola in mano, tutto arrabbiato, proruppe: "Dimmi, promotore di

PAST Traduzione

menzogna, quando è stata scritta questa lettera?" Il presbitero Giovanni rispose: "Ieri all'ora nona [3 del pomeriggio]". Disse il patrizio: "E come hai fatto ad arrivare qua così presto? Non c'è nessuno che possa andare a Costantinopoli e poi ritornare in meno di tre mesi". "Come ho fatto a ritornare - disse il presbitero - lo spiegherò al mio vescovo, e anche le mie pene e la mia penitenza ugualmente rimangono chiuse in me.

PAST Traduzione

Tuttavia, se mi accusi di menzogna, manda con me dei tuoi delegati e andiamo là. Se questo risulterà falso, sentite voi come stanno le cose". Allora uscendo di lì si recò all'episcopio di questa chiesa e si presentò al vescovo Damiano, si prostrò ai suoi piedi e gli raccontò tutto quello che aveva fatto; gli spiegò come dei fantasmi lo avevano condotto attraverso i pericoli del mare e poi deposto sul tetto del suo monastero e lasciato lì solo. Secondo l'esortazione del vescovo fece una vera penitenza e terminò in pace i suoi giorni.

PASX Note

Episcopato di Damiano: 692-708 d.C. L'imperatore che elargisce i privilegi può essere Giustiniano II (685-695 e 705-711 d.C.) o Leonzio (695-698 d.C.) o Tiberio III (698-705 d.C.). L'esarca che lo accusa può essere Giovanni II (687-701 pre d.C.) o Teofilatto (701-705 ca. d.C.). Il palazzo Laurentio può essere a Cesarea o una corruzione per Lauretum, il palazzo di Valentiniano III, che in effetti doveva essere vicino al palazzo di Teoderico.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

134 - de sancto Damiano

PASO Testo originale

Hic vero praesul ex Dalmatiarum fuit partibus, sed obtulerunt eum huic sui parentes ecclesiae. Et iste sacris literiseruditus ad hunc ecclesia apicem pervenit. Fuit enim temporibus Constantini imperatoris. Eo tempore archivus ecclesiae istius ab igne cuncrematus est, et ibidem multa monumina flamma cunsumpsit, et multa a malignis hominibus rapta sunt et absconsa. Tunc cungregatis omnibus sacerdotibus, sedit cum eis pontifex praedictus in Propina deditque anathemata maledictionis ut, quicumque ex praedictas haberet muniminibus et non redderet, illi anathema esset, et quicumque redderet, innocens esset a culpa. Obiit hic beatissimus vir 3. Idus Mai. Epitaphium invenies super sepulcrum eius continentem ita: 'Sanctificis semper meritis, memorande sacerdos, / Hoc positus tumulo, Damiane, iacis. / Corpore defunctus, tamen est tua fama superstes; / Artus obit terris, lux tua facta tenet. / Damiatiae is veniens antistes beatus a rure, / Tutasti precibus sancta Ravenna tuis. / Cuncta salutifero deponens tempore secla, / Te pius in populo Christus orante dedit. / Quod tamen his templis meruisti sumere



busta, / Te placuisse Deo, tanta sepulcra probant; / Utque vices cuius gessisti rite sacerdos, / Ipsius inque locis sit tibi sancta quies'. Hoc infra ecclesiam beati Apolenaris scriptum super sepulcrum ipsius invenimus. Sedit annos 16, menses 2, dies 16.

Questo vescovo era originario della Dalmazia, ma i suoi genitori lo presentarono a questa chiesa. Erudito nelle sacre scritture, giunse a questo culmine della chiesa. Visse ai tempi dell'imperatore Costantino. In quel tempo l'archivio di questa nostra chiesa subì un incendio e il fuoco distrusse lì molti documenti, ma molti furono portati via e nascosti da uomini malvagi. Allora il vescovo radunati tutti i sacerdoti, sedette con loro nella Propina e pronunciò la scomunica per chiunque avesse di questi documenti e non li restituisse, mentre sarebbe stato immune da colpa chiunque li restituisse. Questo beatissimo morì il 13 maggio. Sopra il suo sepolcro troverai l'epitaffio che dice: "Damiano, sacerdote memorabile per sempre per i tuoi santi meriti, tu giaci deposto in questo sepolcro. Sei defunto nel corpo, ma resta viva la tua fama; la terra nasconde le membra, ma la luce conserva le tue opere. Santo vescovo proveniente dai campi della Dalmazia, con le tue preghiere hai protetto la santa Ravenna. Tutto il mondo riordinando nel tempo della salvezza, il buon Cristo ti diede al popolo orante. Poiché hai meritato di essere seppellito in questo tempio, un tanto sepolcro dimostra che tu sei stato gradito a Dio; a te sia santo riposo nel luogo dedicato a colui del quale come sacerdote con giustizia hai fatto le veci". Fu sepolto dentro la chiesa di S. Apollinare, come troviamo scritto sopra al suo sepolcro. Sedette in cattedra anni 16, mesi 2, giorni 16.

Episcopato di Damiano: 692-708 d.C. In realtà l'imperatore Costantino IV Pogonato morì nel 685 d.C., diversi anni prima dell'ordinazione arcivescovile di Damiano.

PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	136 - de sancto Felice
PASO	Testo originale	<p>Felix XXXVIII. Iste brevi corpore, tenuis facie, modicis oculis, macilenta effigie, spiritus sapientiae plenus fuit et fons irriguus, optimus pater, egregius praedicator, multorum cunditor voluminum, in sua sancta fecundus ecclesia. Expositum, quem usque nunc habemus, de die iudicii, ubi ait in euangelio: 'Cum videritis abominationem', ipse dictavit. Etsolus iste a sacerdotibus liberatus, nam reliqua omnia volumina manibus suis igne cuncremavit. Iste monasterium beati Bartolomei, ubi ego Deo favente abbas, praefuit et vicedominali gubernacula suscepta luculentissimus tenuit. Sed tamen post multas tribulationes, quas in Constantinopolim sustinuit, ut audituri</p>

estis, cum corona victoriae ad propriameum Dominus revocavit sedem. Sic et mihi de praedicto monasterio cuntigit. A Georgio pontifice per pauca annorum curricula sine causa privatus ad hoc monasterio fui. Nam antequam in tale culmen ascendisset, sic eram ad invicem quasi ex uno duo uterini germani; et postquam accepit archieraticam dignitatem, Deum offendit, omnes sacerdotes demolivit, cuncta occupans monasterii totasque gazas ecclesiae, quas praedecessores sui aquisierunt, pro reatu sui corporis expendit.

Felice era basso di statura, magro in volto, aveva occhi piccoli e aspetto macilento; il suo animo fu pieno di sapienza e sorgente irrigua; fu ottimo padre, egregio predicatore, autore di molti libri, fecondo nella sua santa chiesa. Egli dettò l'Esposizione sul giorno del giudizio, dove il vangelo dice: "Quando vedrete l'abominazione": la possediamo ancora oggi ed è l'unico suo libro salvato dai sacerdoti, perché egli bruciò di sua mano tutti gli altri volumi. Egli diresse il monastero di S. Bartolomeo, dove col favore di Dio sono abate io, e ricevette e tenne splendidamente la carica di vicario. Tuttavia dopo molte tribolazioni sopportate a Costantinopoli, come avrete modo di ascoltare, il Signore lo richiamò alla propria sede con la corona della vittoria. Così capitò anche a me per il predetto monastero. Per il corso di pochi anni, senza motivo, ne fui privato dal vescovo Giorgio. Prima che egli fosse ascenso a tale culmine, eravamo tra noi come due fratelli carnali, ma quando egli ricevette la dignità arcivescovile, offese il Signore, avvili i sacerdoti, impadronendosi di tutti i monasteri e di tutte le ricchezze della chiesa, che i suoi predecessori avevano acquisito, e le consumò per le colpe del suo corpo.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Felice: 709-725 d.C. L'opera menzionata è perduta.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

137 - de sancto Felice

PASO      Testo originale

Igitur in istius temporibus, Constantini imperatoris a suis militibus cum aliquibus civibus Ravennae nares et aures abscissae fuerunt, de praestantissimo dimissum reddiderunt corpus, et de aula expulsus, proicetus est in litore, cupientes eum trunare. At illi post debelitata membra vitam precabatur, asserens, se totum imperium esse oblitum. His itaque gestis, dum aegrum spatiabatur in litore, cunsilio inito cum Bulgaris, in sua restauratus est sede; et potitus imperio, nares sibi et aures ex obrizo fecit. Recolens populorum iram, iubet truncari proceres ferro. Fit ingens clamor gravorum, deleta iuventa, et multi ad limina plectebant capita sua; alii transfossi, caputum stridens, praecordia texta; nonnulli culeo in pelagus iactati in altum consumpti; multi piris flammis incensi medullis; infelices alii prandia interanea dissoluti petebant; nonnulli plumbeas poenas, tyrannicum ex ipsis multos recepit nicopos; cunsumptaeque undique urbes. Ad Ravennam corda revolvens retorsit, et per noctem plurima volvens, infra se taliter agens: 'Heu, quid agam, et contra Ravennam quae exordia sumam?' Et videns animam, per multa consilia vagans, haec alternatim infra se mens rapit in diversa. Monstraticum fidelem suum tacito vocat, ut aptet ratem et socios in litora ducat, expensas paret. Et quae sit res, omnis ignorat. Dissimulare iubet sese, quousque tempore fuerit aperto. Tunc sic alloquitur illum et talia verba iubet: 'Esto cunstans meis parere praeceptis, firmiterque age, et meus nuncius ibis; alloquere Ravennenses et mea dicta celerius refer. Ipsa gens inimica mihii per fraudulenta cunsilia nares mihi abscederunt et aures. Pone papilionem tuum super ripam Eridani, et cum pone blanda verba et iram serenam tege fronte, et pro me illis saluatoria profer verba, et dona tribue et invita eos ad solemnia mensae. In oculis eorum esto iocundus, in corde sis hostis'. Qui egressus ex urbe, attigit ratem iussitque ventis vela dari, et cunsedit transtrum sulcabatque undas salsas carina. Lustrato Drapani portu, venit Pachinium delatus Siculi hora. Desaevente pelago nigra super aequora nube, acquosus Orion, inretractabile caelum: invitus loco moratus est. Pontus placidum fluctum et mare videns tranquillum, Adriaticum penetrans sinum, prospexit gaudens Ravennam, et fallens dolo vox prorupit, dicens: 'O sola infelix et sola crudelis Ravenna, qui rura extrinsecus, acerrimum latet intus venenum! Aequalis solo videris, sed caput nubila tangis'. Inter haec verba navis vicina facta est litoris et expansis remis Eridani ripam sulcavit; et cum populi gloriam omnes exierunt ex urbe, [cum] venisset monstraticum Graiorum ex egregia aula, iussitque sibi parari sedilia super viridissimum gramen, et omnes maiores natu ad se invitans, in hostensu hominis libenti animo suscepit. Alia vero die iussit diversa pallias per cortinas ex utraque parte extendere, non minus quasi stadio uno, et invitat proceres omnes, qui ad limina veniebant, duos et duos a se introduci. Et cum prensi, mittebant cuneos ligneos in ora eorum, et ligabantur post

tergum capita, et proiciebantur sub cathaleta navis.

PASO      Testo originale

In tali vero dolo sunt omnes nobiles capti. Ibi et Felix pontifex istius urbis deceptus est, ibi lohanicis sapientissimus captus est, ibi et mediocres multi vincti sunt, et nullus ex civibus hanc fraudem prius agnoscere valuit, sed postquam in trabibus ruborum cavis ingressi sunt, et fugam petierunt, sicut dampna, eorum fraus manifestata est. Tunc residui introeuntes intra moenia muri, subposuerunt civibus ignem. Tumultus erant populis, et dabant fremitum usque adcaelum. Planctus undique ingens erat; prostrati omnes in terra. Non similes marinus fluctus dat sonitus nec tonitribus nubes, neccum magna cadit moles ex Alpibus iugis, nec cum magno vento quassantur in montosae silvae cipressi. Tubicines per plateas errant, maximas dant voces, et insonabant terra. Lacrimis salsis funderunt metus de praesenti fletus nimius; consolatio nulla nec reparatio vitae. Undique clamor, undique suspiria, et iam terram mugitus ad sonitus eorum dedit.

PAST      Traduzione

Dunque ai suoi tempi, all'imperatore Costantino furono tagliati il naso e le orecchie dai suoi soldati e da alcuni cittadini di Ravenna: da un corpo prestantissimo ne fecero uno disfatto, lo cacciarono dalla reggia, lo gettarono sulla riva del mare e volevano ucciderlo. Ma quello, dopo la mutilazione, chiedeva che gli fosse risparmiata la vita, dichiarando che non pensava più del tutto all'impero. Avvenuto questo, mentre camminava afflitto sulla riva, accordatosi con i Bulgari, fu rimesso nella sua sede; impadronitosi dell'impero si fece naso e orecchie di oro purissimo. Ricordando bene l'ira del popolo, fece decapitare con la spada i maggiorenti. Si levano alte grida degli oppressi, la gioventù viene mandata a morte e molti battono la testa contro la soglia; altri sono trafitti, gemono le teste, vengono sconvolte le viscere; parecchi chiusi in un sacco morirono gettati nel profondo del mare; molti ebbero le midolla bruciate dalle fiamme sul rogo; altri, disgraziati, disfatti com'erano, cercavano pranzi intestinali; parecchi ricevettero pene di piombo, molti di loro colse il furore del tiranno; dappertutto furono devastate le città. Volse poi il pensiero a Ravenna e meditando a lungo durante la notte ragionò così: "Che cosa debbo fare e come comincio contro Ravenna?" E mentre vagava da un'idea all'altra dentro di sé, la mente lo trascinava in propositi diversi. Segretamente chiama un suo fedele generale, perché prepari una nave, conduca alla costa i compagni e provveda al necessario. Tutti ignorano di che cosa si tratti. L'imperatore comanda di dissimulare finché non sarà dichiarato il momento. Allora così gli parla e dà tali ordini: "Sii costante nell'obbedire ai miei ordini e agisci con fermezza. Andrai come mio messaggero: parla ai Ravennati e riferisci subito le mie parole. Quella gente a

me nemica con azione fraudolenta mi ha tagliato il naso e le orecchie. Metti il tuo padiglione sulla riva dell'Eridano, esprimi blande parole di saluto, offri dei doni e invitali a solenne banchetto. Sii cortese ai loro occhi, ma nemico nel cuore". Quello, uscito dalla città, salì sulla nave, ordinò di spiegare le vele ai venti, e sedette su di un banco, mentre la nave solcava le salse onde. Avvistato il porto di Drepano, giunse al Pachino, spinto verso la costa sicula. Nere nubi incombevano sul mare in tempesta, Orione portava pioggia e il cielo era implacabile. Contro voglia il generale sostò in quel luogo. Quando vide il mare tranquillo, penetrò nel golfo adriatico e da lontano vide con gioia Ravenna; con voce ingannevole allora esclamò: "O sola misera e sola crudele Ravenna, che sei sicura all'esterno, mentre celi all'interno un tremendo veleno! Ti si vede pari al suolo, ma col capo tocchi le nubi". Mentre pronunciava queste parole, la nave si avvicinò alla costa e a remi distesi solcò le acque tra le rive dell'Eridano. Facendo festa uscirono tutti dalla città, perché era arrivato un generale dal palazzo reale dei Greci. Egli ordinò che gli si apprestassero sedili sull'erba verdissima, invitò a sé tutti gli anziani e in apparenza accolse le persone con animo gentile.

Il giorno seguente comandò di mettere tende e tendaggi da un parte e dall'altra per non meno di uno stadio e invitò tutti i maggiorenti: quando arrivavano alla soglia, li faceva introdurre a due a due. Quando erano stati presi, mettevano loro in bocca dei cunei di legno, il capo veniva legato alla schiena, poi venivano gettati nei giacigli della nave. Con tale inganno furono presi tutti i nobili. Lì fu ingannato anche Felice, vescovo di questa città, lì fu catturato il sapientissimo Giovannicio, lì furono legati molti di media condizione e nessuno dei cittadini ebbe modo di conoscere l'inganno prima di essere entrato nelle cave travi di quercia; cercarono la fuga, ma il loro tentativo risultò dannoso. Allora gli altri, andando dentro alle mura, appiccarono il fuoco ai cittadini. La gente era sconvolta, le grida salivano al cielo. Dappertutto era gran pianto, tutti giacevano a terra. Tale strepito non fanno i flutti del mare, non i tuoni fra le nubi, non le valanghe che cadono dai giochi delle Alpi, non i cipressi squassati dal vento sui boschi montani. Passano per le piazze i trombettieri, danno grandi suoni e fanno risuonare la terra. La grande paura della penosa situazione presente fa versare salse lacrime; non c'è alcuna consolazione, non c'è alcun sostegno per la vita. Dappertutto urla, dappertutto sospiri e alle loro grida si univano ormai anche boati dalla terra.

PASX      Note

Episcopato di Felice: 709-725 d.C. Spedizione punitiva imperiale: 709 d.C. L'imperatore protagonista non è Costantino, ma Giustiniano II Rinotmeto (= naso mozzato), eletto imperatore nel 685, deposto e mutilato nel 695, tornato al potere nel 705 e definitivamente deposto e decapitato nel 711 d.C. Le località siciliane indicate non sembrano un reale percorso marittimo ma il pretesto per una serie di citazioni virgiliane: Drepano è per Trapani. Eridano indica il ramo più meridionale del Delta del Po, che giunge a Ravenna.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

138 - de sancto Felice

PASO      Testo originale

Quadam vero die, dum praedones et exules per vitrea discurrerent rura, quinquies deni post excidium urbis et Classis, dixit Iohanicis ad fratrem suum: 'Defer cartam et nigrum liquorem et scribe, quia hodie hora tertia cognata tua, uxor mea, mortua est; et ego illic vindicor, tuque reverteris cum maximis opibus'. Igitur ingressi Constantinopolim, invenerunt imperatorem Iustinianum in smaragdina aurea [sede] sedentem, et limbo cinctum caput, quas illi sua ex auro et margaritas discreverat regia coniunx. Et iussit omnis poni in custodia, quousque eos possit diversa expendere poena. Omnesque senatores graviori modo interempti et deleti sunt, adstruxitque scelus iurandum, quod pontificem interimeret. Nocte vero eadem, pro quo dies venisset, antequam oceanum aurora dedisset et Phebeam lampadas illustrasset, dum caperet divus augustus pectore placidum sompnum, astitit ante eum nobilissimus iuvenis, omnis gloria decoratus, una cum Felice pontifice, ait ad eum: 'Parce unico gladio viro'. Et statim evanuit. Iterum in sompnis respiciens vidit super caput eiusdem antistitis quasi dexterahominis hinc et inde fulgore micantem. Expergefactus autem imperator retulit suis; et propter iusiurandum quod iuraverat, ne mentitus esset et urbici eum non interficeret, iussit deferri ferculum magnum et falso et mundissimo argirio, et missus in ingentem rogam post nimium calefactum, acetum acerrimum super illud iussit fundi; et coactus pontifex ibidem diutissime intueri, amisit amborum lumina oculorum.

Cinquanta giorni dopo l'eccidio della città e di Classe, mentre aggressori ed esuli solcavano i campi marini, disse Giovannicio a suo fratello: "Prendi carta e inchiostro e scrivi che oggi all'ora terza [ca. mezzogiorno] tua cognata, mia moglie, è morta; io là sarò punito e tu tornerai con moltissimi beni". Entrati dunque in Costantinopoli, trovarono l'imperatore Giustiniano seduto sul trono adorno d'oro e smeraldo, col capo cinto da un nimbo che la sua sposa regale gli aveva ornato d'oro e di perle. Egli ordinò che tutti fossero messi in prigione finché potesse infliggere ad essi le diverse pene. Tutti i senatori furono eliminati nel modo più grave, poi si impegnò con scellerato giuramento a far morire il vescovo. Nella notte medesima, prima che si facesse giorno, prima che l'aurora emergesse dall'oceano e splendessero i raggi del sole, mentre il divo augustus godeva nel petto placido sonno, stette davanti a lui un nobilissimo giovane, ricco di ogni gloria, insieme col vescovo Felice, il quale gli disse: "Risparmia la spada a questo uomo unico". E immediatamente scomparve. Di nuovo osservando nel sonno vide sopra alla testa del medesimo vescovo le mani di un uomo di qua e di là rifulgenti. Svegliatosi, l'imperatore riferì la cosa ai suoi e per non venir meno al giuramento che aveva fatto e perché i cittadini non lo uccidessero, fece portare un grande piatto di argento finto, ma limpidissimo, lo fece mettere in un gran fuoco e, quando fu incandescente, fece spargere su di esso aceto molto acre: il vescovo fu poi costretto a fissarlo per lunghissimo tempo e perdette la vista in entrambi gli occhi.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Felice: 709-725 d.C. Supplizi e torture dei ravennati a Costantinopoli: 709 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

139 - de sancto Felice

PASO Testo originale

Interea Ravennenses, qui et Melisensis, sicut incertis de suis vinctis, inter se varios sermones trahebant, et moesta ex die nefanda acre valde in luctu morabantur. Dies vero quadam, praeveniente diluculo, antequam alas raperet, quadriga submota, humida nox, dum armati pelago specularentur, procul in pontu intuentes, ecce maxima navis discurrens per vitrea rura, fortiterque sulcabat vitreos campos. Gubernator vero postquam aspexit moenia urbis, cuntorsit clavos, coepit navis circumflectere cursum, praeterit portus, adhaerens Eridani litus. Tunc adventui viri omnes exierunt ex urbe armatis manibus, induiti corpora ferro. Corda pavor pulsans, pallidos omnes colores, agnoscunt captos, lacrimis coeperunt inter se fundere. Et interrogaverunt ex eis virum, qui prae omnibus erat, dixeruntque ad eum: 'Testamur caput animamque tuam, ut non mendatiaingas, quia non est in tempore hoc tota fides, sed fraus periuriaque in hoc praesenti seculo regnat'.

Tunc ille tendens ad sidera palmas ad caelumque lumina torquens, vocem cum magno gemitu dedit: 'Testor caelum et terram per intemeratam fidem et inviolabilem aethereum regnum, mendatia non fingam falsamve inaniam non dicam - mendax et inprobis mendatia diligit semper'. Dixerat, et omnes intenti cunctuerunt, super eum erant pendentia hora, et conspicientes eum omnia agmina circum, exposuit eis quae viderat, omnia letalia verba. Et elevata voce fleverunt; feriens aethera clamor, gemitque terra et insonuerunt montes.

Fra tanto i Ravennati, detti anche Melisensi, non conoscendo la sorte dei loro che erano stati imprigionati, ne parlavano in vario modo e da quel giorno triste e nefando erano in profondo lutto. Un giorno, ai primi albori, prima che l'umida notte togliesse le sue ali, essendosi mossa la quadriga del sole, mentre armati osservano il mare, guardando lontano sulle acque, ecco appare loro una grandissima nave che corre sui campi del mare solcandoli velocemente. Il pilota, quando vide le mura della città, volse il timone facendo virare la nave, oltrepassò il porto e si accostò alla riva dell'Eridano. A quell'arrivo tutti gli uomini uscirono dalla città, con le armi in mano, rivestiti di ferro. Con la paura che fa battere il cuore, tutti pallidi, riconoscono i prigionieri e cominciano a versare lacrime. E alcuni di loro interrogarono l'uomo che stava davanti a tutti e gli dissero: "Per il tuo capo e per l'anima tua, ti supplichiamo di non dirci menzogne, perché in questo tempo non c'è più lealtà, mentre frodi e spregiuri regnano nel secolo presente". Quello allora, tendendo agli astri le braccia e volgendo gli occhi al cielo, con grandi gemiti disse: "In nome del cielo e della terra, per la fede intemerata e per l'inviolabile regno etereo, non inventerò menzogne e non dirò cose vane: il falso e il malvagio amano sempre le menzogne". Aveva detto e tutti tacquero, a lui attenti e tutte le schiere intorno guardavano lui, ed egli espose quello che aveva visto, tutte parole di morte. E a gran voce piangevano; arrivava al cielo il clamore, ne gemette la terra e fecero eco i monti.

PAST Traduzione

PASX Note 710 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione 140 - de sancto Felice



PASO      Testo originale

Tunc elegerunt sibi Ravennenses praestantiorum virum, ymeneos Iohannis filium, nomine Georgium, qui illo tempore prudens in verbis, providens in consilio, verax in sermonibus et in omni elegantior gratia. Devoverantque se universi pariter praeceptis eius, et quisquis esse inobediens, vindicaretur. Ille vero murino sedens sonipede, extrinsecus lustrata Italia, sexta reversus est hora, et ait ad socios: 'Demus excubias istis, quo peragravimus, civitates. Fateor ex ore serpentis, qui ex Bizantie ponto hic delatus est, cuncti ex eo tetrum bibimus venenum. Et tumidis corde Danais terga non demus. Estote fidentes! Praeparate, necesse si est, animus pugnae et date robustissima pectora ac ferrea; adhibite socios et terribili clangite tuba. Ite velocius, subponite civibus: noctem nigram, foederati viri de montuosis veniant locis. Toxos adhibete in armis, cunctum cervinum tendite nervum, ut segetes spicula iacite, volatile lignum. Prima pubes castramovat cum iuvenilibus armis; sonent arma, humeris clarescant splendentia scuta, lanceas excutite, fulgore aeris rutilent aequora maris. Sinite vestrorum parentum matura corpora, et vetulorum misereatur senectute. Copia sit illis ecclesia, pars orandi, cum sacerdotibus eant, caeleste auxilium quaerant et ad aram thura crement et hostia sancto altari ferant. In propugnacula per diem nobis igniformis contrarius sistit, purpureus nasci, sed postquam in aethere vectus, oceanum relinquit; cum se aderit, polo igneos exuflans radios, humo quadrigis reddiderit, quaerite pupuleas et nudo incidite ferro, nonnulli bipennas sumat, intonsa serrate viburnae, texite arbustis virgis et miscite querno; scenofactoreis operam date. Capita ab ardore defendite vestra. Nullus sit ignavus, ubi primum acciderit signum, nulli eum metus nullaue sententia tradet. Omnes Ravennae coetus omnesque certamina ponant. Qui valet pedum cursu et qui viribus pectore audax, pigrum non sustineat, sed iaculo tepente sagittas. . . . Hoc videntes socios praeparant animos pugnae. Non paveatis muros vestra defendere dextra; socios iungentur vobis ex suburbano undique, qui nostram defendant arcem et civitatem salvent. Sint tuta litora et per omnes vigiliae portus. Sarxena excubet; Cervia aequoris ad Nonas papia armis flava instet, quae curva vocatur Cesena; Pipilienses viri adhaereant Sapis portus, iuxta cunscendant fluctusque marinos; coloni decumani speculentur iuxta portus Candiani; Livienses accolae instant in litore curvo; Bedente vetere amne castra Faventina scrutentur post Lachernum portus et Eridani ora; Cornelienses acies lustret Coriandri campos et loca omnia circa; phalanges armatae Bononienses, transmissa Eridano, Porte-Lionis servant planceta'. His igitur actis, omnes voces ad sidera mitterent, benedicent in caelum et terram laudibus resonabant. Tunc imperat Georgius manu, iubet validas mutescere voces. Post haec autem rogaverunt eum viri religiosi Melisenses, ut, sicut est vallata civitas in ambitu corona, ita intrinsecus excubias poneret.

PASO      Testo originale

Acquievitque petitioni eorum et divisit populum civitatis in undecimas partes; duodecima vero pars ecclesiae est reservata. Unusquisque miles secundum suam militiam et numerum incedat, id est: Ravenna, Bandus Primus, Bandus Secundus, Bandus Novus, Invictus, Constantinopolitanus, Firmens, Laetus, Mediolanensi, Veronense, Classensis, partes pontificis cum clericis, non honore digni et familia et stratoribus vel aliis subiacentibus ecclesiis. Et haec ordinatio permanet usque in praesentem diem.

PAST      Traduzione

I Ravennati allora si elessero come capo un uomo eccellente, Giorgio, nato dal matrimonio di Giovannicio, che in quel tempo era saggio nelle parole, accorto nei pensieri, sincero nell'esprimersi e dotato di ogni decoro. Si erano tutti ugualmente sottomessi ai suoi comandi e chiunque avesse disobbedito, sarebbe stato punito. Cavalcando un cavallo coperto da pelle di ermellino, egli esplorò il territorio italico esterno e, ritornato all'ora sesta, disse ai compagni: "Mettiamo delle sentinelle nelle città che abbiamo visitato Ammetto che tutti abbiamo bevuto del tetro veleno dalla bocca del serpente che qui è venuto per mare da Bisanzio. Non volgiamo le spalle ai Danai dal cuore superbo. Siate fiduciosi! Preparate, se è necessario, gli animi alla battaglia e offrite robustissimi petti di ferro; cercate compagni e terribile fate suonare la tromba. Presto andate, incitate i cittadini: nel buio della notte vengano alleati dalle zone montane. Mettete veleno nelle armi, tendete il contorto nervo di cervo, scagliate frecce come una messe di spighe, legno volante. Per prima la gioventù vada al campo con armi da giovani; risuonino le armi, scintillino splendenti gli scudi sulle spalle, agitate le lance, la distesa del mare rifletta il fulgore del bronzo. Lasciate a casa i vostri anziani genitori e abbiate pietà dei vecchi. Essi si affollino in chiesa, parte che deve andare con i sacerdoti a pregare; implorino l'aiuto del cielo, brucino incensi al santo altare e ad esso rechino offerte. Stiamo sui baluardi finché il sole infuocato ci è contrario: è purpureo quando nasce, ma brucia quando abbandonando l'oceano si innalza nel cielo; quando sarà tramontato, riportando a terra la quadriga e togliendo dal cielo i suoi raggi infuocati, cercate pioppi e tagliateli col nudo ferro, alcuni prendano scuri, tagliate gli intonsi viburni, intrecciate arbusti e verghe di quercia; e mettetevi a erigere delle tende. Proteggete le vostre teste dalla vampa del sole. Nessuno sia vile, appena sarà dato il segnale, nessun timore e nessun pensiero lo tradisca. Tutte le fazioni di Ravenna depongano tutti i contrasti. Chi vale nella corsa e chi è coraggioso per le forze del petto, non faccia il pigro, ma scagliando le frecce. Vedendo questo, i compagni preparano l'animo alla battaglia. Non abbiate paura di difendere le mura con le vostre mani; da ogni parte dei territori suburbani si aggiungeranno a voi dei compagni per salvare la nostra rocca e la nostra città. Siano vigilate le

coste e ci siano sentinelle in tutti i porti. Sarsina vigili; Cervia sorvegli il mare presso Nona, che è detta Cesena curva; quelli di Forlimpopoli stiano al porto del Savio e sui flutti del mare lì vicino; i coloni decumani stiano di guardia vicino al porto di Candiano; gli abitanti di Forlì si tengano sul lido curvo; sul vecchio fiume Bidente gli accampamenti faentini guardino oltre il porto Lacherno e le bocche dell'Eridano; le schiere imolesi sorvegliano i campi di Coriandro e tutti i luoghi intorno; le falangi armate di Bologna, attraversato l'Eridano, controllino la palizzate di Porto Leone".

Compiute dunque queste cose, tutti levavano le voci agli astri, benedicevano il cielo e facevano risuonare la terra di lodi. Giorgio allora a quelle alte voci con cenno di mano impone di fare silenzio. Dopo ciò i religiosi melisensi chiesero che, come la città era tutto intorno protetta, così egli ponesse delle sentinelle anche all'interno. Egli accolse la loro richiesta e divise la popolazione della città in undici parti; la dodicesima parte era quella della chiesa. Ogni soldato doveva andare secondo il suo servizio e secondo il suo reparto, e cioè: Ravenna, reparto primo, reparto secondo, reparto nuovo, reparto invito, e poi Costantinopolitano, protettore, lieto, Milanese, Veronese, Classense; dalla parte del vescovo stavano quelli del clero, quelli senza carica, i servi, i fioristi e gli altri dipendenti della chiesa. Questo ordinamento rimane tuttora.

Organizzazione dell'Esarcato e di Ravenna sotto Giorgio: 710 d.C. Eridano indica il ramo più meridionale del Delta del Po, che giunge a Ravenna. La località Nona è di incerta lettura: l'editore ha scelto Ad Nonam, a ca. 13 km (9 miglia, dal nome del toponimo) da Ravenna, che potrebbe corrispondere alla Sabis della Tabula Peutingeriana (che però segnala due miglia di distanza in più: 11 = ca. 16 km), ma esiste la possibilità che sia una corruzione per Ad Novam, corrispondente alla Ad Novas della Tabula, posta a 22 miglia da Ravenna (quindi a ca. 32,5 km, all'altezza dell'attuale Montaletto di Cervia), che però al par. 169 Agnello segnala a 15 miglia (ca. 22 km, che portano nei pressi della pieve di Santo Stefano di Pisignano, indicata nel par. 169) di distanza, fatto non stupefacente considerando gli sconvolgimenti della viabilità a sud di Ravenna nell'altomedioevo e il fatto che Agnello conosca Ad Novas come già distrutta. Per Danai si deve intendere Greci.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

141 - de sancto Felice

PASO      Testo originale

Deflectamus ad aliam urbem stilum et de amissis nostris civibus per ordinem enarremus. Igitur Iustinianus in achameniam versus, iussit deferri ante cunspectum suum Iohanici; quasi nescius in inlusionem interrogans de eo, dicens: 'Nunquid iste est Iohanicis scribe?' Et ubi responsum est de eo, quia ipse est, surrexit altius divalia ira. Arundinem deferri iubet et sub ungulis omnibus illius digitorum in furore. . . praecepit usque ad secundum articulum; cartam calamoque dari imperat, ut scribat. Quam cum accepisset, inter duos digitos calamum coegit. Noluit cum liquore, sed cum sanguine, quae fluebat digitis, literas exaravit continentes ita: 'Deus, in adiutorium meum intende. Domine, ad adiuvandam me festina. Libera me de inimicis meis, Deus meus, et de manu iniqui imperatoris istius'. Et proiecit ipsam cartulam in faciem ipsius imperatoris in edra sedentis, dicens: 'Accipe, iniquissime, et satia te sanguine meo.' Et minatur divus, dicens: 'Quid, moriture, agis? Periet audacia tua'. Iussitque apparitoribus, ut duceret eum ad locum vitae puniendum, et praeconem clamari iussit: 'Iohanicis Ravennianus ille facundus poeta, quia invictissimo augusto cuntrarius fuit, inter duas fornices murina morte privetur'. Electi sibi septam cervicem, vectes mittentes in anulos ferreos, levaverunt duriter desuper lapidem. Ille autem flammantia lumina ad caelum retorsit, cum cruentis extendens cruentas ad sidera palmas. Expleta oratione, dixit interfectoribus suis: 'Cras eademque ut nunc est hora interficietis imperatorem vestrum, et erit mecum ante aequissimum iudicem. Sic dicetis illi'. Et extensum desuper lapidem unum, et aliam plathomam desuper viventi in colla emissa fregit corpus eius, et relinquerunt eum mortuum. In tali tormento et martirio vitam finivit.

PAST      Traduzione

Volgiamo la penna all'altra città e parliamo con ordine dei nostri concittadini perduti. Giustiniano, adirato, comandò che fosse portato alla sua presenza Giovannicio: come se non lo conoscesse, per ironia domandò di lui dicendo: "Questi è forse lo scribe Giovannicio?" Quando gli fu risposto che era lui, l'ira del sovrano proruppe più violenta. Ordina di prendere una canna e nel suo furore gliela fa inserire sotto le unghie di tutte le dita fino alla seconda articolazione; poi comanda che gli si dia carta e penna perché scriva. Quello, avendo ricevuto ciò, strinse la penna tra due dita. Non volle scrivere con l'inchiostro, ma col sangue che scorreva dalle dita scrisse questo: "Dio, accorri in mio aiuto. Signore affrettati ad aiutarmi. Liberami dai miei nemici, Dio mio, e dalle mani di questo iniquo imperatore". E gettò il foglio in faccia all'imperatore che sedeva sul trono dicendo: "Prendi, grande malvagio, e saziati del mio sangue". Il sovrano lo minaccia: "Che cosa stai facendo, morituro? La tua audacia perirà". E ordinò ai suoi servi di condurlo al luogo del supplizio e al banditore di gridare: "Il facondo poeta Giovannicio di Ravenna, poiché è stato nemico all'invitto imperatore, tra due fornici

subisca la morte del topo". Degli uomini scelti gli cinsero il collo mettendo delle sbarre in anelli di ferro e a forza lo sollevarono sopra una pietra. Egli volse al cielo gli occhi fiammeggianti, tendendo agli astri le palme insanguinate. Terminata la preghiera, disse ai suoi carnefici: "Domani a questa stessa ora ucciderete il vostro imperatore ed egli sarà con me davanti al giustissimo giudice. Così gli direte". E gli fu rovesciata addosso una pietra e, mentre era ancora vivo, un'altra lastra buttatagli sul collo fiaccò il suo corpo e lo lasciarono morto. In tale tortura e martirio terminò la sua vita.

PASX	Note	Supplizio di Giovannicio a Costantinopoli: 709 d.C.
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	142 - de sancto Felice
PASO	Testo originale	<p>Alia vero die, hora qua praedixerat ille, irruentes super imperatorem, non sustinentes populi eius malignitates, occiderunt eum. Alii latus inter et ilia lancea figunt, alii telo transfundunt inguines, renes. Vomebat cruor, et sparsis crinibus aulam, ligatis stuppa pedibus, per clivum tractus ad ima, laceratus, frigidum corpus irruit mors obscura tenebris. Diversis circumspiciunt, uno ense arreptus, comam cuncludens manu, capite avulsus divali, stridens, micanti ferro, traiecit corpore humo. Consilioque inito inter se, cundiderunt illud sacco et miserunt per totam Ytaliā. Soror vero praedicti Iohanicis hoc audiens, cum fletu caelestem Dominum rogabat, ut videret Iustiniani ablatum capud, sicut rumor erat, et statim obcumberet morte. Factum est autem, cum per singulas plateas duceretur iam dictum capud in summitate lanceae fixum, nunciatum est ad praefatam feminam, quod truncatum capud inde sit ferendum. Quae subito in superiora ascendit domus, per fenestram respiciens, stare illum portatorem rogavit; et cum diutissime idem intueretur, lacrimis obortis pectusque replevit, agens gratias Deo, quia quod desideravit cunspexit. Et dum vellet se ad fenestram deflectere, cecidit retro et quassata mortua est.</p>

Il giorno dopo, nell'ora che quello aveva predetto, siccome il popolo non sopportava più la sua malvagità, scagliandosi sull'imperatore l'uccisero. Chi gli colpì il fianco, chi il basso ventre con la lancia, chi gli trafisse con un arma l'inguine, chi i reni. Vomitava sangue: coi capelli sparsi per terra, coi piedi legati da una corda, per un pendio fu trascinato in basso, straziato, e la morte nera di tenebra colse il freddo corpo. Molti lo guardano e uno, afferrata una spada, stringendo la chioma con la mano, con l'arma scintillante tagliò il capo imperiale e facendolo stridere trascinò il corpo per terra. Presa la decisione tra loro, misero la testa in un sacco e la mandarono in giro per tutta l'Italia. La sorella del ricordato Giovannicio, avendo sentito l'accaduto, piangendo invocava il Signore del cielo perché potesse vedere il capo reciso di Giustiniano, come si era sparsa la voce, e poi subito morisse. Mentre quel capo in cima a una lancia veniva portato per tutte le piazze, avvenne che alla suddetta donna fosse annunciato che si stava portando di lì la testa. Subito ella salì al piano superiore della casa e osservando dalla finestra pregò il portatore che si fermasse; dopo avere osservato a lungo, inondò il petto delle lacrime che le sgorgavano, ringraziando Dio perché aveva visto quello che desiderava. Mentre voleva piegarsi alla finestra, cadde all'indietro e morì sfracellata.

PAST Traduzione

PASX Note

Deposizione di Giustiniano II: 711 d.C. Probabilmente la sua testa arrivò a Ravenna agli inizi del 712 d.C. Il supplizio di Giovannicio è probabilmente antecedente di circa due anni questi fatti.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

144-145 - de sancto Felice

PASO      Testo originale

[143] Post mortem vero Iustinianus Augusti levaverunt super se Pelasgi novum imperatorem, et cunctituerunt eum dominum universae terrae, ac imperium cunctifirmatum fuit in manu eius. Dixit ad Felicem pontificem: 'Revertere in terram tuam et in sedem tuam'. Cui pontifex respondens, dixit: 'Quo revertar, aut quo vadam?' Et imperatorem ad eum: 'Et quare non? Pro qua causa?' Respondit pontifex: 'Lumina oculorum amissa habeo. Omnes fortunae meae ecclesia hic cunctumptae sunt, et quas antecessores tuos, pii principes, in ornamenta ecclesiae dederunt, detulerunt, in hac deportata sunt civitate, et nihil remansit nisi ambitus murorum'. Dixit autem ad eum imperatorem: 'Et quis eas abstulerunt? Si tua tibi non sunt, vel etiam ex nostra tolle'. Dixitque ad eum Felix antistes: 'Sufficiunt mea mihi, si reddere iubes, quia diversi diversa tulerunt'. Tunc imperator misericordia motus iussit praeconem per totam clamare urbem, ut, quicumque ex Ravenna ecclesiae aliquid haberet, velocius ad palatium deferret. Et allata sunt vasa et pallia, et omnia ornamenta ecclesiae pontifex suscepit. Non perdidit ex eis nisi candelabrum unum. Post haec autem rogavit imperator pontificem, ut ex palatio eius aliquam benedictionem acciperet. Qui respondens ad eum inquit: 'Sufficit mihi tantummodo gratia tua. Tamen si pro remedio animae tuae mea ecclesia vis dona offerre, habes gemmas cristallinas in illo et in illo loco infra huius gazam palatii, quae possunt ad ornatum ecclesiae mirifice et optime decorari'. Quo audito, imperator misit fidelissimos viros ex Mirmidonibus, ut cumprobaret, in loco illo si esset, ut pontifex dixit, et inventa sunt. Iussit deferri et dare ei omnia vasa, quae ibidem inventa sunt.

Descriptione facta ex ea, graterem uno cristallicum, grandis, ex auro et gemmis ornatus, et alios grateres duos ex gemma onichina, et ipsi ex auro et gemmis; canistrum unum magnum, in quo erat ymages hominum et diversas volatilia, ex vitro mundo, simile cristallo; amas, una ex ipsa et bene sculpta; urceus ad aquam manu similis, et ipse aquimanile desupra ex argento investito talis, qualis visus hominis in hoc tempore nullo modo videri potest; trullas duas ex cristallo; corona ex modico auro una, sed tamen habuit preciosissimas gemmas, ut temporibus nostris interrogatus Iudeus negotians Karolo imperatori, quo precio venundari possit, adiecit, quod omnes opes istius ecclesiae et omnia ornamenta etiam et tuguria venundetur, non potest eam explere. A tempore Georgii non cumparuit.

[144] His itaque gestis, dum vellet ex urbe egredere, unus ad portae aditum simulans se claudum et omnia debilia habere membra, ut munera acciperet, exclamavit dicens: 'Fortunate Felix, adiuva invalidum corpus'. Stans autem beatissimus papa dixit ad eum: 'Fili, quare te esse simulas quod non es? Quare me illudis? Quamvis exterioribus luminibus privatus sum, interiora tamen fulgida per gratiam Christi intus patescunt'. Et adprehensam manum eius, dicens: 'Surge, leva, vade, et servos Dei noli iterum subsannare'.

PASO      Testo originale

Viri autem civitatis, qui erant cum eo iuxta portam, coeperunt signare facies suas et territi dixerunt intra se, quia: 'Hic homo iustus est'. Egressus vero illius ex moenibus urbis, dum a ratibus longius modicum esset, expectabant eum domidas, ut acciperent aliquid ab eo. Initoque inter se pessimo consilio, dixerunt: 'Dicunt, quod iste vates Ravennianus vir elimosinarius sit et ad tribuendum largas habet manus. Probemus, si veritas est in eo. Unus ex nobis sub falsa morte in humo iaceat, et quaeramus pro sepultura munera et quicquid nobis dederit sortiamur'. Quo facto, transeunte pontifice, levaverunt ululatus, voces fictas, lacrimas, moerentes et dicentes: 'Aduva nos, pastor bone, tribue nobis, ut sepeliamus mortuum nostrum'. At ille exuens se, clamidem, qua indutus erat, tribuit illis, dicens: "Tollite, si vere mortuum habetis, sepelite eum". Illi autem fecte plorantes, ovans pliusque ovantes acceperunt. Cum autem pontifex paululum discessisset, putaverunt praedictis domidas, collegam suum sub falsa morte terram iaceret. Dixerunt ad hominem iacentem exanimem: 'Surge, leva, ecce habemus pontificis clamidem'. Illi mors, quem ad se deridendo et simulando invitaverat, propria venit. Diciente latera hic et inde, sed nullis ille movetur fletibus falsis, nec respicit lacrimas; volvent eos, inmotus manet. Haec fama velocius inplevit regiam urbem. Audiens autem divus, iussit reverti beatum Felicem a nave, et suscepit eum in domum mirifico marmore factum, et postulavit ab eo benedictionem et obtulit ei multa dona, id est duos magnos discos ex crystallo et cannatas ex eo et alia vascula in ornamentum ecclesiae. Et iussit exarari privilegia omnia secundum petitionem pontificis, et quicquid ab eo postulavit, optinuit. Et naves praeparare divus imperat et omnia necessaria et cuncupiscibilia honerari; et osculans eum, valedicens ei, percepta ab eo benedictione, secessit. Et privilegia, ut sibi placuit, exarari iussit, et exaltavit eum multo magis, ut antea fuerat. Laetusque et gaudens ad propriam suam sedem eum remisit.



PAST Traduzione

[143] Dopo la morte dell'imperatore Giustiniano i Greci si elessero un nuovo imperatore e lo costituirono signore di tutto il mondo e fu confermato nelle sue mani l'impero. Disse questi al vescovo Felice: "Ritorna nella tua terra- e nella tua sede". E a lui il vescovo: "Dove dovrei ritornare e dove potrei andare?". E l'imperatore a lui: "E perché no? Per qual motivo?" Rispose il vescovo: "Ho perduto la vista. Tutti i beni della mia chiesa sono stati consumati qui, e quello che i tuoi predecessori, sovrani devoti, avevano dato come ornamento della chiesa è stato trasportato in questa città, e non c'è rimasto altro che il perimetro dei muri". Gli disse l'imperatore: "E chi ha portato via quei beni? Se tue cose non ti bastano, prendi pure dalle nostre". E gli disse il vescovo: "Mi bastano le mie cose, se ordini che mi siano restituite, perché c'è chi ha portato via una cosa e chi un'altra". Allora l'imperatore, mosso da misericordia, per tutta la città fece proclamare dal banditore che chiunque avesse qualche cosa proveniente dalla chiesa di Ravenna, presto la portasse a palazzo. Furono portati vasi e pallii e il vescovo riebbe tutti gli ornamenti della chiesa. Perdettero soltanto un candelabro. L'imperatore poi lo pregò che prendesse un qualche bene dal suo palazzo, ma il vescovo disse: "Mi basta soltanto il tuo favore. Tuttavia, se per la salvezza della tua anima vuoi fare dei doni alla mia chiesa, tu hai delle gemme di cristallo in questo o in quel luogo nel tesoro del palazzo: esse potrebbero splendidamente contribuire all'ornamento della chiesa". Udito ciò, mandò alcuni suoi fedelissimi tra i Mirmidoni per verificare se in quel luogo ci fossero come aveva detto il vescovo, e furono trovate. Comandò che le gemme fossero portate e che gli fossero dati tutti i vasi che si erano trovati nello stesso luogo. Se ne fece l'elenco: un cratere di cristallo, grande, ornato d'oro e di gemme, e altri due crateri di onice, anch'essi ornati d'oro e di gemme, un grande canestro nel quale c'erano immagini di uomini e di uccelli diversi, di vetro puro simile a cristallo; un recipiente per le offerte pure di vetro ben lavorato; un orcio per l'acqua di forma di mano e al di sopra un vaso per lavare le mani rivestito d'argento, tale quale in questo tempo gli occhi di un uomo non possono in alcun modo vedere; due cucchiai di cristallo; una corona con poco oro, ma con preziosissime gemme: questa era tale che ai nostri tempi un mercante giudeo all'imperatore Carlo, il quale domandava a quale prezzo si poteva vendere, disse che tutte le ricchezze di questa chiesa e tutti gli ornamenti e anche tutte le case, se fossero stati venduti, non avrebbero potuto raggiungerne il valore. Dal tempo di Giorgio non la si è più vista. [144] Compiute queste cose, mentre voleva uscire dalla città, un uomo presso l'ingresso della porta, simulando di essere zoppo e di avere le membra deboli per ricevere dei doni, esclamò dicendo: "Fortunato Felice, aiuta un corpo invalido". Fermandosi il beatissimo vescovo gli disse: "Figliolo, perché simuli di essere quello che non sei? Perché mi prendi in giro?"

Anche se sono privato della luce esterna, per grazia di Cristo il mio intimo è fulgido".

E presagli la mano disse: "Alzati, vai via e non schernire di nuovo i servi di Dio". Gli uomini della città che erano con lui presso la porta, cominciarono a segnarsi il volto e impressionati dissero tra di loro: "Questo è un uomo giusto". Quando era uscito dalle mura della città ed era poco lontano dalle navi, lo aspettavano dei domidas per ricevere qualche cosa da lui. Meditato tra loro un pessimo proposito, dissero: "Dicono che questo vate di Ravenna sia un uomo che fa elemosine e abbia larghe le mani nel donare. Proviamo se in lui c'è la verità. Uno di noi, fingendosi morto, giaccia per terra e noi chiediamo offerte per la sepoltura e prendiamo qualunque cosa ci dia". Fatto così, mentre passava il vescovo, levarono lamenti, parole false, lacrime, e piangendo dicevano: "Aiutaci, pastore buono, dacci qualche cosa perché possiamo seppellire il nostro morto". Egli allora, spogliandosene, diede loro la clamide che indossava e disse: "Prendete, se veramente avete un morto, e seppellitelo". Quelli, che fingevano di piangere, l'accettarono con grande gioia. Quando il vescovo si fu un po' allontanato, i predetti pensavano che il loro collega giacesse a terra per la finta morte e a lui così esanime dissero: "Alzati, levati, abbiamo la clamide del vescovo". A lui giunse davvero quella morte che scherzando e simulando aveva invitato a sé. Mentre lo voltano su di un fianco e sull'altro, quello non si muove per il falso pianto, non vede le lacrime: rimane immobile anche se quelli cercano di rivoltarlo. La notizia di questo fatto rapidamente si diffuse per tutta la città. L'imperatore, udendola, comandò che il beato Felice ritornasse dalla nave e lo accolse nel suo palazzo fatto di marmo meraviglioso; gli chiese la benedizione e gli offrì molti doni, e cioè due grandi dischi di cristallo e delle coppe pure di cristallo e altri vasetti per ornamento della chiesa. Ordinò poi che fossero scritti dei privilegi, tutti secondo la richiesta del vescovo, ed egli ottenne tutto quello che chiese. Il sovrano ordinò di apprestare le navi e di caricarle di tutto quanto era necessario e desiderabile; lo baciò, lo salutò e ricevuta la sua benedizione si ritirò. Aveva ordinato di scrivere i privilegi come a lui piaceva e lo onorò molto più di prima. E lo rimandò lieto e sereno alla sua sede.

PAST Traduzione

PASX Note

Liberazione dell'arcivescovo Felice da parte dell'imperatore Filippico: 712 d.C. Per Mirmidoni si deve intendere Greci.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

145 - de sancto Felice

PASO	Testo originale	Interea relicta regia urbe, iussit ventis dari vela et remis expandere alas sulcantes pelagus. Quaeritur salsa carina. Drapani lustrat portus, Sicularum attigit ora. Aliquantis hic moratus diebus, proprias res ecclesiae sua disponens, susceptus Panormus, paucis ibidem moratus est diebus; pervenit Tindaridis. Exinde transgressus, a Pachinia devenit litora. Et dum sol novos spargit radios terras, aequatas procederet iubet classes, relicto sine remige portu, disruerunt litora, torquebant spumas et caerula verrunt, discurrentes vitrea rura. Blanda respirante aura, transmisso Adriatico sinu, Eridani attigit portus; ingressusque urbem, ipsam sedis alaeriter clamansuum suscepit sessores. Post vero annos tres haedificavit domum infra episcopium, quo de suo nomine domum Felicis nominavit.
PAST	Traduzione	Lasciata la città imperiale, il vescovo fece spiegare le vele ai venti e aprire le ali dei remi solcando il mare. Procede la nave sull'acqua salata. Avvista il porto di Drepano, raggiunge le coste della Sicilia. Sostando qui-alquanti giorni, mette in ordine le proprietà della chiesa; accolto a Palermo, vi sosta pochi giorni; giunge a Tindari. Partito di lì giunge alle coste del Pachino. Mentre il sole diffonde i nuovi raggi sulla terra, fa procedere di conserva le navi: usciti dal porto senza bisogno di rematori, lasciarono le coste e percorrendo i vitrei campi sollevavano la spuma e solcavano l'azzurro. Al soffio di una dolce brezza, attraversato il golfo adriatico, raggiunse i porti dell'Eridano ed entrò in città e quella sede acclamando festosa riebbe il suo vescovo. Dopo tre anni costruì un edificio all'interno dell'episcopio, che dal suo nome chiamò "Casa di Felice".
PASX	Note	Ritorno dell'arcivescovo Felice a Ravenna: 712 d.C. L'itinerario proposto in Sicilia sembra plausibile ed indica le grandi risorse patrimoniali che la chiesa di Ravenna ancora possedeva nell'isola a quel tempo.

PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	146 - de sancto Felice
PASO	Testo originale	Igitur antequam hominum strages et perniciēs facta fuisset, sapientissimus Iohannicus istius in temporibus claruit. Et rogatus a pontifice, ut omnes antiphonas, quas canimus modo dominicis diebus ad crucem sive sanctorum apostolorum aut martirum sive confessorum necnon et virginum, ipse exponeret non solum Latinis eloquiis, sed etiam Grecis verbis, quia in utraque lingua fuit maximus orator. Ex ipsa autem arbore et ex eius generositate habemus ramusculos et pronepotes. Iohannicus Agnē genuit, Agnē Andream procreavit. Ex Andream Basiliū natus est Basilius, qui genuit Andream presbiterum, editorem huius Pontificalis. Sed quae eius notarius, qui postea huius

sancta ecclesia ab eo eruditus scriniarius fuit, nomine Ilarus ad eius nepotem, filius filia sua, Andream, ut diximus, nomine, avus meus, pater matris meae, de eo retulit, in medium proferamus.

Prima che avvenisse questa strage e rovina, fu molto famoso al tempo di questo il sapientissimo Giovannicio. Siccome era grandissimo oratore nelle due lingue, il vescovo lo pregò di comporre non solo in latino, ma anche in greco tutte le antifone che oggi nei giorni festivi cantiamo in onore della croce, dei santi apostoli, dei martiri, dei confessori e delle vergini. Dal suo albero genealogico abbiamo rametti e pronipoti. Giovannicio generò Agnese, Agnese mise al mondo Andrea. Da Andrea, figlio di Basilio, nacque Basilio, che generò il presbitero Andrea, compositore di questo Pontificale. Ma esponiamo quanto riferì di lui il suo segretario, che in seguito fu archivista di questa santa chiesa, dopo essere stato da lui istruito: si chiamava Ilaro e riferì le cose al di lui nipote, figlio della figlia, chiamato Andrea, come abbiamo detto, e mio avo, padre di mio padre.

PAST Traduzione

PASX Note

Discendenza di Giovannicio fino allo storico Andrea Agnello: fine VII - metà IX d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

148 - de sancto Felice

PASO Testo originale

Monasterium sancti Andreae apostoli quod vocatur Ierichomium sua ipsius fuit domus. Quingenta pondera librarum aerecarum vascula ibidem reliquid in usum ipsius monasterii, et super altarium, ubi corona dependebat - per cathenulas aereas dependebat - filum ex auro, quod nobilissimae utuntur virgines Ravennianae, in fronte posuit. Et ubi coronae pendebant - per cathenulas aereas dependebant - zonae aureae muliebri suspendi praecepit. Dicendo de viro isto, non tantum pro gloria prolis, sed ut illius manifestaremus opera, per multa longius itinera a pontifice vagati sumus. Sed quod semel incepimus, relinquere non possimus, donec expleamus. De illius tumulo requisivi, firmiter et certius inveni, sicut mihi Maurus diaconus pene dies 30 retulit, qui ex Constantinopolim veniens dixit: 'Ad portam quae vocatur Aurea'. Ibidem ipsius modica ecclesia est, ibique fui et in eodem templo preces omnipotenti Deo fudi.

Sua [di Giovannicio] casa fu il monastero di S. Andrea apostolo detto Ierichomium. Lasciò lì per uso di quel monastero vasi di bronzo per il peso di cinquecento libbre e sopra l'altare, di fronte, pose un filo d'oro quale usano le più nobili vergini ravennati: lo pose dove pendeva una corona sostenuta da catenelle di bronzo. E dove pendevano le corone, sostenute da catenelle di bronzo, fece appendere delle cinture d'oro da donna. Parlando di quest'uomo, non tanto per la gloria della discendenza, ma per rendere note le sue opere, abbiamo divagato per molte strade lontano dal vescovo. Ma quello che abbiamo incominciato, non possiamo interromperlo, prima di averlo portato a termine. Ho cercato notizie del suo sepolcro e le ho trovate con sicurezza, come circa trenta giorni fa mi riferì il diacono Mauro, il quale di ritorno da Costantinopoli mi disse: "Presso la porta chiamata Aurea. Lì si trova una sua piccola chiesa e lì io sono stato e in quel tempio ho pregato Dio onnipotente".

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Felice: 709-725 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

149 - de sancto Felice

PASO Testo originale

Igitur beatissimus hic Felix post abditam ecclesia multas reliquias cundidit et paginas ex argento extruxit, et supercillii arcum versus cuntinentes ita. . . Multasque ibidem sanctorum reliquias cundidit, et capsam in altaris ex cypressino facta fuit, atque usque ad Petronaci pontificis tempus. Quam postmodum Sergius diaconus, abba monasterii sancti Bartolomei apostoli, ubi praedictus pontifex abba et diaconus et istius sedis yconomus fuit, ubi Deo iuvante post praedictum Sergium diaconum ex eius largitate nunc a divino nutu abba existo, praedictum altarium renovavit ex proconiso lapide, cum diversis marmoribus, ornamentis mirifice, inter quas et ego opera decoravimus. Fecit hic beatissimus Felix salutatorium, unde procedunt usque hodie pontifices ad introitum missarum, palam popnlis videntibus. Et super ipsius regias invenies scriptum continentem ita: 'Forma loci dudum Squalida sed tantum pervia plebis erat. Postquam pontificis meritis iuveniscere visa est, Vicinum ecclesiae cuncepit inde diem. Turba sacerdotum melius hic pergit in aula. Oblicum nescit carpere pastorem. Per medios gradiens populos, reverentia crescit, Cum super effundit cognita verba Deo. Nunc ritum servent, veniens quicumque sacerdos; iam via, quae media est, fixa manere solet. Reparat haec meritis felix dignusque sacerdos, Ne finem teneat pontificalis apex. Fama loquax tantos nunquam retinebit honores'. Nam antea de vespertino salutatoria erat egressio.

Dunque questo beatissimo Felice depose molte reliquie nell'interno della chiesa, fece fare delle tavole d'argento e sul sopracciglio dell'arco trionfale fece scrivere dei versi che dicevano [...]. Pose lì molte reliquie dei santi e nell'altare fu fatta una cassetta di cipresso che vi rimase fino al tempo del vescovo Petronace. In seguito questo altare fu rinnovato dal diacono Sergio con pietra del Proconneso e con marmi diversi, ornamento splendido, al quale anch'io personalmente ho collaborato: il diacono Sergio era abate del monastero di S. Bartolomeo apostolo, dove il predetto vescovo era stato abate, diacono ed economo di questa sede, e dove con l'aiuto di Dio dopo il predetto Sergio, per sua donazione, ora sono abate io secondo la volontà divina. Questo beatissimo Felice fece costruire il salutorio, da dove fino al giorno d'oggi escono i vescovi all'introito della messa, davanti agli occhi del popolo. Al di sopra della porta principale troverai scritto così: "La forma del locale un tempo era squallida e praticabile solo per il popolo. Quando per i meriti del vescovo sembrò ringiovanire, accolse lo splendore stesso della chiesa vicina. Meglio di qui procede verso la basilica il corteo dei sacerdoti e il vescovo percorre un cammino non più obliquo. Procedendo in mezzo alla gente, cresce il rispetto per lui, quando diffonde la parola di Dio che egli ben conosce. Ora conservi l'usanza ogni sacerdote che arriva; deve rimanere fisso l'itinerario intermedio; ha pensato a questo un sacerdote degno e felice per i suoi meriti, perché non abbia fine la dignità vescovile. Mai la fama loquace tacerà tanto grande onore".

Precedentemente l'uscita dal salutorio avveniva da occidente.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Felice: 709-725 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

150 - de sancto Felice

PASO      Testo originale

Qui cum prope esset vicinae morti, adiuravit sacerdotes et cleris, ut, quicumque ex eius habuisset homeliis aut quaecumque dicta ante eum attulissent. Quae cum omnia ante se allata fuisset, statim iussit praeparari piram, et omnes incendio cuncremavit. Qui cum interrogatus a sacerdotibus fuisset, quare hoc fecisset, dixit: 'Ego orbatus de meis luminibus, nihil videre possum aut retractare quos edidi libros. Fortasse ego superposui, aut scriba fefellit, ne quis post me veniat et vitia ex meis proferat verbis. Habetis libros Grisologi Petri, quos videtis, ingeniose et luculentissime scripsit, ipsum tenete, utimini, ut vobis placet'. His autem expletis, defunctus est die 25. mensis Novembris sepultusque est in ecclesia beati Apolenaris, non longe a monasterio sanctae Feliculae. Epitaphiumque ipsius invenies abens continentes ita: 'Inter almas laudes virtutumque triumphos, / Quibus coronantur praesules digni Deo, / Summa patientiae Felix amator fuit. / Moribus praecipuus vitam digessit honestam, / Pastoralis culmine magnanime floruit. / Uno cunctas animo respectat pontifex plebes, / Nec tristem quemquam tolerat conspiciere. / Subtilis ingenio, acutus, prudens et gravis, / Praecessorum compar. / Culmen apostolicum colere summe novit, / Cuius ope fretus profana dogmata pellet. / Facundus eloquio, dictantia copia solens, / Doctus, eruditus, color memorabilis dicta videri. / Pertulit pro patria nimias praesul aerumnas, / Exulem dampna, famem, nuditatem, caedem, pericla, / Contemptus, exitia, terrores, vincula, fustis; / Summusque pontificis, subferre ludibria, honor. / Finibus adeptus, propria de sedo privatur. / Lumen carens corporis digna nactus est lucem. / Arto in tellure scopulo ponti portatur, / Ubi victus deerat, sed panis aderat Christus, / In quo toto corpore atque virtute sepultus, / Gratia summa Dei est cunsolatus antistes, / Erectusque gravi de claustra insulae Ponti. / Demum ad dilectae vectus est patriae portum. / Extractus omnia, pristina sede ornatur. / Ubi corde puro hostia Domino libans, / Lustra super terra, geminos simul prorogat annos. / Hic itaque sacer conditus funere iusso, / Planctus cuius casibus nunc numeratur donis'. Sedit annos 16, menses 7, dies 19.

Quando fu prossimo alla morte, scongiurò sacerdoti e chierici che, chiunque possedesse delle sue omelie o qualsiasi altro scritto suo, li portasse davanti a lui. Quando tutto gli fu portato, subito ordinò di preparare un rogo e fece bruciare tutti gli scritti. Interrogato dai sacerdoti, perché avesse fatto ciò, rispose: "Io, privato come sono della vista, non posso vedere niente e non posso riesaminare i libri che ho scritto. Forse ho messo qualche cosa in più o lo scriba ha fatto qualche sbaglio: non venga dopo di me uno a rilevare degli errori nelle mie parole. Avete i libri di Pietro Crisologo, che egli scrisse, come voi vedete, con ingegno e con grande eloquenza: conservateli, usateli come vi piace". Compiute queste cose, morì il 25 novembre e fu sepolto nella chiesa di S. Apollinare, non lontano dal monastero di S. Felicola. Troverai il suo epitaffio che reca scritto: "Fra le vive lodi e i trionfi delle virtù, di cui sono incoronati i presuli degni di Dio, Felice ebbe una grandissima forza di sopportazione. Visse una vita onorata distinguendosi per il suo comportamento e la sua dignità vescovile fiori per magnanimità. Con animo sempre uguale guardò tutto il suo popolo e non tollerò la vista di alcun malvagio. Di ingegno fine e acuto, fu saggio e autorevole come i suoi predecessori. Seppe onorare al massimo la dignità apostolica, appoggiandosi alla quale confutò le dottrine empie. Eloquentemente, abile nel dettare, dotto, erudito, appariva splendido nel parlare. Vescovo, molti travagli subì per la sua patria: l'esilio, la fame, la nudità, le ferite, i pericoli, il disprezzo, le morti, le paure, le catene, le verghe; ma per un vescovo è sommo onore sopportare il ludibrio. Fu tolto dalla sua terra, fu privato della sua cattedra. Privato della luce del corpo, trovò la luce di Dio. Fu portato in un piccolo scoglio del Ponto, dove mancava il vitto, ma Cristo era pane: là sepolto con tutto il corpo e con la sua virtù, il vescovo fu consolato dalla grandissima grazia di Dio e fu sottratto alla grave prigionia nell'isola del Ponto. Finalmente fu condotto al porto della patria diletta. Dopo aver tutto perduto, venne rimesso con onore nell'antica cattedra. Qui facendo offerte a Dio con cuore puro visse sulla terra per dodici anni. Qui pertanto giace il santo con giusto sepolcro e il pianto delle sue sofferenze viene ora ricambiato con offerte". Sedette in cattedra anni 16, mesi 7, giorni 19.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Felice: 709-725 d.C. L'arcivescovo ha curato la raccolta dei sermoni di S. Pietro Crisologo e si conserva la premessa che l'arcivescovo scrisse a raccolta ultimata.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

151 - de sancto Iohanne



PASO      Testo originale

Iohannes XXXIX. Hic patientissimus fuit, humilis et mansuetus. Istius temporibus ecclesia Petriana cecidit terraemotu post expleta solempnia missarum die dominico. Et Liutprandi regis regnum Langobardorum regentes, ab ipsius exercitus praedicta civitas corona cincta et devastata est, a suis decepta civibus, simulata fraude, a porta quae dicitur Vicus Salutaris, quae erat iuxta fluvium Pantheum. Omnes cives cucurrerunt illuc. Unus autem ex illis, infensus suis civibus, promissa pecunia, allatis clavibus, subductis molchis portae, quae pergit ad vicum Leprosum, ubi est pons ex basibus factus, reseratis claustris omnibus patefactisque portis, inimici ingressi civitatem et eam subverterunt. Nam iudicio Dei ipse, qui insidiator suorum civium fuit et pilae claustra opperuit, quod primum tigni stipite perfossum interiit, promissam pecuniam non accepit, sed ante omnes suum sanguinem dedit nec terrae commenditus est.

PAST      Traduzione

Giovanni fu pazientissimo, umile e mansueto. Ai suoi tempi per un terremoto crollò la chiesa Petriana, una domenica, dopo che era terminata la messa solenne. Mentre il re Liutprando aveva il regno dei Longobardi, quella città [Classe] fu cinta d'assedio e devastata dal suo esercito. La città fu tradita dai suoi con un inganno presso la porta chiamata "Quartiere salutare", la quale era vicino al fiume Panteo. Tutti i cittadini accorsero là. Uno di essi, ostile ai suoi concittadini, dietro promessa di denaro, portò le chiavi e tolse i serrami della porta che conduce al "Quartiere dei Lebbrosi", dove si trova il ponte fatto con le fondamenta: aperte tutte le serrature e spalancate le porte, i nemici entrarono nella città e la sconvolsero. Per giudizio di Dio colui che aveva tradito i concittadini e aveva aperto i serrami della porta, siccome cadde spezzato il primo trave dello stipite, non ricevette il denaro promesso, ma davanti a tutti versò il suo sangue e neanche fu sepolto.

PASX      Note

Episcopato di Giovanni V: 726-744 d.C. Attacchi longobardi a Classe e Ravenna nell'VIII d.C.: 716, 726, 734, 751 e 772 d.C. Il terremoto che ha distrutto la basilica Petriana è di difficile collocazione.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

152 - de sancto Iohanne

PASO      Testo originale

Igitur irati Ravennenses cives contra pontificem hunc, in Venetiarum partibus eum exilio religaverunt, et fuit exul per annum unum. Tunc Epiphanius scriniarius, videns excidium sanctae istius ecclesiae et patrem patriae in angustia et matura detinere afflictionem, eum per huius civitatis exarchum ad hanc propriam revocavit sedem. Post autem in pontificali solio restitutus, quadam die praedictus Epiphanius scriniarius ait ad eum: 'Domine pater, non te pigeat in palatium ad exarchum ire et offerre illi ex argiriom palaream magnam; et postula ab eo, ut coartet viros illos ad iudicium, qui te in exilium miserunt, ut vindicemus nosmet de illis. Et hoc, quod das, decuplum ex eis restituam. Tu pontificalis tenes mores, ego cum eis litigabo, et scio iuvante Domino de hostibus reportabo triumphum'. Factumque est, ut superius audistis. Et ut mox recepit se praedictus Iohannis pontifex infra maternum ecclesiae sinum. Alia vero die auctor cunsilii, idem Epiphanius scriniarius cum singulis hominibus in cunflictum stans, ita aiebat: 'Praeceptum ex rebus exaratum habes, ut nunquam contra sanctam hanc ecclesiam aut contra huius sedis pontificem de quacumque causa agas aut oro mussites. Dic nunc, qualis ovis tu es, quia pastorem tuum, dum ille te foveret et per gramineos duceret campos, tu cornu percussisti et contra eum cirographa cunscripsisti?' Convincti in iudicio, vigies collegit, quod exarcho dedit. His itaque gestis, venerunt humiliter omnes unanimes ad eum, petentes misericordiam; et nullus eum postmodum in amaritudinem deduxit.

PAST      Traduzione

Allora i Ravennati, adirati contro questo vescovo, lo mandarono in esilio nelle Venezie ed egli rimase esule per un anno. L'archivista Epifanio, vedendo la rovina di questa santa chiesa e il padre della patria oppresso da grave angustia e afflizione, per intervento dell'esarca di questa città lo fece richiamare nella propria sede. Quando fu rimesso sulla cattedra vescovile, il predetto archivista Epifanio un giorno gli disse: "Signore padre mio, non ti dispiaccia di recarti al palazzo dell'esarca e di offrirgli una grande quantità di argento; poi domandagli di costringere a giudizio coloro che ti hanno mandato in esilio, perché noi possiamo vendicarci di essi. E di quello che adesso dai, io ti farò avere il decuplo da quelli. Tu comportati da vescovo, con loro contenderò io e so che, con l'aiuto di Dio, riporterò vittoria sui nemici". E si fece come avete udito. E subito il predetto Giovanni rientrò nel grembo materno della chiesa. Un altro giorno l'ideatore del piano, l'archivista Epifanio, mettendosi in conflitto con le singole persone diceva: "Tu fra le tue cose hai un ordine scritto, per il quale non devi per qualsiasi motivo agire contro questa santa chiesa e contro il vescovo di questa sede, e neanche devi mormorare. Dimmi ora, che pecora sei tu che hai colpito il tuo pastore, mentre egli aveva cura di te e ti conduceva per campi erbosi, e contro di lui hai scritto documenti di tua

mano?" Per venti volte raccolse persone da sottoporre a giudizio e le affidò all'esarca. Fatte queste cose, tutti insieme vennero da lui chiedendo umilmente misericordia e più nessuno in seguito lo fece penare.

PASX Note

Episcopato di Giovanni V: 726-744 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

153 - de sancto Iohanne

PASO Testo originale

Temporibus Iohannis venit iterum monstratio Ravennae, ut eam depopularet, putante, se ut antea evaderet. Quo cogniti Ravenniani egressi sunt ad eum more praeliandi ut in campum Coriandri. Qui simulata fuga terga dantes, cum pervenissent ad stadium tabulae, ubi pro signo terminus lapideus fixus est, reversi, Grecorum frontem coeperunt fortiter dimicare; et non erat requies undique caedentium, gladio strages maximas Grecorum peremptas. Sacerdotes vero una cum pontifice et senioribus prostrati humo, cilicium induti, asperso in capitibus eorum cinerem, omnipotentem Deum deprecabantur. Seniores vero saccis sunt cooperti, inculti capitibus et squallidis, lacrimosis oculis, in caelum clamabant; similiter et omnes, qui infra urbem relictis sunt, masculi et feminae Omnipotentis auxilium expectabant. Reliqui vero accincti ferro, sumpti iuvenilibus armis, caedebant hostes sine intermissione. Tunc, sicut a narrantibus audivimus, apparuit inter utrosque exercitus quasi effigies magni tauri et coepit contra Grecorum exercitum pedibus pulvere exspargere, et vox mox insonuit - unde venisset aut cuius fuisset, nullus agnovit - in auribus omnium increpuit, dicens: 'Eia Ravenniani, fortiter pugnate! Victoria vestra erit hodie'. Videntes vero Pelasgi, cornu suum esse cunfractum, coeperunt fugere infra dromonibus, putantes se liberare. Tunc Melisenses, id est Ravenniani cives, circumdederunt eos cum cymbis et carabis, et irruentes super Bizanteos, omnes interfecerunt et corpora eorum in Eridanum praecipitaverunt. Et sic fuit, ut per annos 6 ex Patereno nullus inde unquam piscem comederet. Hoc autem factum est in die sanctorum Iohannis et Pauli, et coeperunt agere diem istum quasi diem festum paschae, ornantes plateas civitatis cum diversis palleis et lethaneis ad eorum ecclesiam gradientes, benedicentes Deum in secula seculorum, amen. Mortuus et sepultus est in basilica beati Apolenaris. Epithaphium invenies super eum continens ita: . . . . . Sedit annos 8, menses. . . , dies. . . .

Ai tempi di Giovanni venne di nuovo un generale a Ravenna per devastarla, pensando di uscirne bene come precedentemente. Conosciuta la cosa, i Ravennati uscirono pronti a battaglia contro di lui nel campo di Coriandro. Simulando la fuga, volsero le spalle e arrivarono fino allo stadio della tavola, dove posero come segnale una pietra, poi tornarono indietro e cominciarono a combattere strenuamente contro lo schieramento dei Greci; da nessuna parte c'era tregua per i colpi e con le spade si fece grande strage dei Greci. I sacerdoti insieme col vescovo e con i vecchi, prostrati a terra, indossando il cilicio, col capo cosparso di cenere, pregavano Dio onnipotente. Gli altri, cinti di ferro, impugnando le armi dei giovani, senza tregua colpivano i nemici. Allora, come abbiamo sentito raccontare, tra i due eserciti apparve come l'immagine di un grande toro che cominciò a sollevare con i piedi polvere contro l'esercito dei Greci, e tosto alle orecchie di tutti risuonò una voce - donde venisse e di chi fosse, nessuno lo poté capire - la quale diceva: "Forza, Ravegnani, combattete da prodi! La vittoria oggi sarà vostra". I Pelasgi, vedendo travolta una loro ala dello schieramento, cominciarono a fuggire dentro ai dromoni, credendo di trovarvi scampo. Allora i Melisensi, vale a dire i Ravegnani, li circondarono con barche e battelli e, scagliandosi sui Bizantini, li uccisero tutti e gettarono i loro corpi nell'Eridano. E fu così che per sei anni nessuno mangiò più pesce del Padoreno. Queste avvenne nel giorno dei santi Giovanni e Paolo [26 giugno] e cominciarono a celebrare questo giorno come quello della festa di Pasqua, addobbando con drappi diversi le piazze della città e avviandosi alla chiesa di quei santi, cantando litanie e benedicendo il Signore nei secoli dei secoli, amen. Questo vescovo, quando morì, fu sepolto nella basilica di S. Apollinare. Sopra di lui troverai l'epitaffio che dice [...]. Sedette in cattedra anni 8, mesi..., giorni...

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Giovanni V, di 18 anni e non 8, probabile errore di trascrizione: 726-744 d.C. La battaglia con le truppe imperiali è da collocare al 727 d.C. Eridano indica il ramo più meridionale del Delta del Po, che giunge a Ravenna, dove nel tratto cittadino è chiamato Padoreno.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

154 - de sancto Sergio

PASO      Testo originale

Sergius XL. iuvenis aetate, brevis corpore, ridens facie, decorus forma, glaucis oculis, nobilissimis ortus natalibus. Iste laicus fuit et sponsam habuit. Quam, post regimen ecclesiae suscepit, eam Eufimiam sponsam suam diaconissam cunsecravit, et in eodem habitu permansit. Quia in tempore istius zelum sacerdotibus et iurgium habentibus, non unitis animo, scissa est multitudo; et postquam Romae cunsecratus est, spreverunt eum sacerdotes, et separaverunt se ab eo ministri, et nullus erat, qui cum eo ad sanctam accederet aram. Haec autem civitas vexabatur a Langobardis et Veneticis. Non possumus per tanta discurrere, quia olescit; tamen cunpendii proferamus causam. Pontifex vero misit ad diaconos et ad reliquos ministros ecclesiae, ut se omnes in gremium cunglobarent ecclesiae. At illi in ipso perdurantes doloris stimulo, renuerunt. Tunc excogitato consilio, cunsecravit presbiteros et diaconos. Illi vero duri corde haec audientes, venerunt et die dominico cum eo ad solempnia missarum processerunt. Novellae vero oves, qui se putaverunt sublimiter stare, a veteribus sacerdotibus repulsi sunt, et verecundati oppilaverunt ora. Tunc pontifex blande et leniter priores refovens sacerdotes, blanda circa eos eloquia fundens, quousque ab ira eos in mansuetudinem revocaret. Tunc inter se multa volventes, post foedus pacis statuerunt de novella consecratione, ut diacones relictis dalmatica superhumeralem inponerent more Grecorum et circa altare resisterent. Et ex illo die coeperunt levitae multiplicare, nam canones proibent, apostolica auctoritate muniente.

PAST      Traduzione

Sergio era giovane, basso di statura, dall'espressione sorridente, bello d'aspetto, con gli occhi azzurri; discendeva da famiglia nobilissima. Era stato laico e sposato. Quando ebbe assunto il governo della chiesa, consacrò come diaconessa la sua sposa Eufemia e rimase nella medesima condizione. Al suo tempo i sacerdoti erano agitati da gelosie e contrasti: non essendo uniti gli animi, vi fu una scissione nella moltitudine; quando il vescovo fu consacrato a Roma, i sacerdoti non ne ebbero rispetto, i ministri si separarono da lui e non c'era nessuno che si accostasse con lui al santo altare. Questa città era tormentata da Longobardi e Veneziani. Non possiamo parlare di così tante cose, perché diventa lungo; tuttavia facciamo un compendio. Il vescovo mandò a dire ai diaconi e agli altri ministri della chiesa che si riunissero tutti nel grembo della chiesa. Ma quelli rifiutarono, perché in essi perdurava lo stimolo del dolore. Egli allora ebbe un'idea e consacrò dei presbiteri e dei diaconi. Quelli, duri di cuore, udendo questo, vennero e la domenica andarono con lui a celebrare la messa solenne. Le nuove pecore, che avevano creduto di stare in un posto elevato, furono cacciate dai vecchi sacerdoti e vergognandosi si coprono il volto. Allora il vescovo, parlando con grande dolcezza ai sacerdoti di prima, ebbe per loro parole suadenti per

ricondurli dall'ira alla mansuetudine. Quelli, molto riflettendo tra loro, fatta la pace, decisero a proposito dei nuovi ordinati che i diaconi, lasciata la dalmatica, indossassero il sovraomero secondo l'uso greco e stessero intorno all'altare. Da quel giorno cominciarono a moltiplicarsi i leviti, anche se i canoni, appoggiandosi all'autorità degli apostoli, lo vietano.

PASX      Note      Episcopato di Sergio: 744-769 d.C. Attacchi longobardi a Classe e Ravenna nell'VIII d.C.: 716, 726, 734, 751 e 772 d.C.

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione      155 - de sancto Sergio

PASO      Testo originale

Eo namque tempore Zacharias papa Romanus egressus de Roma, hora attigit Franciae, postulans tutamina atque praesidia ad expellendos Langobardos Romanorum finibus, quia Austulphus rex Italiam duriter opprimebat. Sed eiecto a solium Francorum altero rege, Pipinus sceptrum regni accepit et papae manibus benedictus est atque crismate sacro ab eo perunctus est; Romamque reversus est. Et antequam reverteretur Romam, in ecclesia beati Apolenaris missam celebravit et endothin ex blatta alitheno cum margaritismirifice ornatam obtulit, et suum nomen ibidem exaratum est. At ut vidit Austulphus rex, quia undique super se ingravata essent mala, dextera Italis petit, quia tempus eum non adiuwabatur, et ivit ad limina beati Petri principis ut obtulit dona et exenia multa; deinde Ravennam reversus, clamidem ex auro pictam, qua erat indutus, super sanctum altarium Ursianae ecclesiae posuit. Ecclesiam Petrianam, quae funditus eversa est per terraemotum, sponte haedificare voluit, et pyramides per in girum erexit, columnas statuit, quae manent usque nunc, sed non consummavit.

PAST      Traduzione

In quel tempo Zaccaria, pontefice romano, uscito da Roma si recò in Francia, chiedendo protezione e sostegno per cacciare i Longobardi dal territorio dei Romani, perché il re Astolfo opprimeva duramente l'Italia. Cacciato dal trono l'altro re dei Franchi, Pipino ricevette lo scettro del regno e fu benedetto dalle mani del papa e da lui unto col sacro crisma. E il papa ritornò a Roma, ma prima di ritornarvi celebrò la messa nella chiesa di S. Apollinare e offrì un drappo di porpora splendidamente ornato di perle, sul quale era scritto il suo nome. Il re Astolfo, quando vide ciò, siccome da ogni parte aumentava su di lui il peso dei mali, tese la mano agli Itali, dato che la situazione non lo aiutava, si recò alla soglia del beato principe Pietro e offrì molti doni; quindi, ritornato a Ravenna, depose sul santo altare della chiesa Ursiana la clamide intessuta d'oro che egli indossava. Spontaneamente volle ricostruire la chiesa

Petriana, che era stata completamente distrutta dal terremoto, e intorno innalzò delle piramidi e pose delle colonne, che ancora rimangono, ma non completò la costruzione.

Pontificato di S. Zaccaria: 741-752 d.C. Regno di Astolfo: 749-756 d.C. Regno di Pipino il Breve: 751-768 d.C. Visita di S. Zaccaria a Classe, di ritorno da Pavia: 743 d.C. Presenza di re Astolfo a Ravenna: 751-755 d.C. Astolfo non andò in pellegrinaggio a Roma, ma la cinse d'assedio nel 756 d.C. e sembra che poi non tornò a Ravenna. Papa S. Zaccaria non si recò mai in Francia e non incontrò Pipino il Breve, ma approvò e autorizzò la sua incoronazione da parte del vescovo Bonifacio (Wynfrith) di Fulda nel 752: Pipino sarà incoronato a Parigi da papa Stefano II nel 754.

PASX      Note

PAS      PASSO

PASL      Localizzazione

157 - de sancto Sergio

Vir autem iste Sergius praesul, cum Paulus papa Romanus Franciae iter per Tusciam pergeret, non ei obuius fuit; et indignatus papa de valle quae dicitur Calle Collata, quae rustico more Galiata dicitur cum ira magna exivit. Lustrato Langobardorum regno, calcata praecelsa cacumina, Iovis montis pertransiit iugum; deinde Franciae arripuit iter, et quicquid ad Pipinum postulavit regem, optinuit. Deinde reversus, Sergium archiepiscopum vexare coepit. Ille autem fiduciam habens in rege, ut rex adminiculum ei praeberet; et fefellit is illum, et deductus est Romam a suis civibus, atque fraude deceptus. Et congregatis episcopis, iubente papa, et voluerunt eum honore privare et de gradu pontificalis prohibere. Apostolicus talem contra eum proferebat sententiam: 'Neophitus es, non ex ovile fuisti nec secundum canones in Ravennensi ecclesia militasti, sed subito invasisti cathedram quasi latro, et sacerdotes tuos, qui digni donis ecclesiae perfrui, reppulisti, et per secularium favorem, potenter tamen, sedem obtinuisti'. Ad haec Ravennae pontifex aiebat: 'Et non mea praesumptione, sed eligerunt me cleros et plebs universa. Interrogasti per ordinem canonico more, et de me omnia vobis patefacta sunt, quomodo laicus fui et sponsam habui et ad clericatum perveni, et cognitum vobis factum est, et dixisti, nullum obstaculum mihi esse potest. Postquam talia de me sensisti, cur me cunsecrasti?'. Diversas autem sententias inter se episcopi ferebant, et infra unumquodque cubiculum cordis magna quatiebatur tenestas. Dicebant enim omnes: 'Quomodo possimus, cum simus discipuli, magistrum iudicare?' Haec audiens papa, in furore versus, asseruit, se die crastino manibus suis orarium a collo eius evelleret. Tunc Sergius antistes Ravennensis nocte eadem cum lacrimis proicit se ad altarium beati Nicolai et se totum

PASO      Testo originale

in magnis lamentis dedit. Prostrato corpore tandiu lacrimas fudit, quod locum ubi moerebat valde roravit et rivulos produxit. Iudicio Dei nocte illa mortuus est Paulus papa, repente raptus est, subito quievit, et tenuerunt eum sui occulte usque mane. Insurgente vero aurora diei, autequam ex eo radius solis splenderet et terram Phebea perlustraret radiis, venit ad eum Stephanus, urbis Romae diaconus, germanus praedicti papae, in ipsa custodia, ubi Sergius pontifex erat. Ait ad eum: 'Quid mihi daturus es, si reversus fueris cum pace ad domum tuam et omnibus honore et dignitate ampliatus?'. His auditis praesul, quasi de laqueo ereptus, egressus ait: 'Non parva tibi statuo dare munera, nisi quod audis facio. Veni tu ipse Ravennam et ingredere infra episcopium in ea ecclesia et scrutare diligenter omnes gazas ipsius domus, aurum, argentum, vascula vel nummos; omnia sunt tibi data, et quantum vis pro benedictione dimittere, dimitte'. Super haec verba iuraverunt sibi mutuo. In ipsa vero die electus est praedictus germanus defuncti papae in solio apostolatus, et statim solvit omnes captivos et omnibus noxiis veniam cunctavit. Tunc iussit venire Sergium Ravennensem pontificem cum omni honore et gloria; et cum vidisset eum, sublevavit se de sella ubi sedebat, et cum prostratus humo petisset et vultu submisso, elatis manibus sublevatus, et irrui super collum eius, osculans eum, et iussit deferri sedem illius iuxta sedem suam, et locuti sunt inter se pacifica et dulcia verba, et permisit eum redire ad sedem suam cum gaudio magno et alacritate.

PASO      Testo originale

Post tertium annum Ravennam ingressus est, quem susipientibus eum suis, modica gratulatio fuit et modica quies. Ivit Sergius pontifex ad monasterium beatae virginis Mariae qui vocatur Cosmiti. Post missam celebratam prostravit se ante altarium beati Nicolai, orans diutissime et lacrimas fundens, quae apparet usque in praesentem diem.



PAST Traduzione

Questo vescovo Sergio, mentre il papa romano Paolo attraversava la Tuscia diretto in Francia, non gli andò incontro; il papa indignato uscì con grande ira dalla valle chiamata Calle Collata, la quale comunemente viene detta Galeata. Attraversato il regno dei Longobardi, superate alte vette, valicato il giogo del Monte Giove, giunse in Francia e ottenne tutto quello che aveva chiesto al re Pipino. In seguito, ritornando, cominciò a vessare l'arcivescovo Sergio. Il vescovo aveva fiducia nel re e fidava nel suo sostegno, ma restò deluso e, ingannato, fu condotto a Roma dai suoi concittadini. Per ordine del papa si riunirono i vescovi e volevano privarlo della dignità ed escluderlo dall'ordine vescovile. Il successore dell'apostolo contro di lui diceva: "Sei un neofita, non eri dell'ovile e non facesti servizio nella chiesa di Ravenna secondo i canoni, ma d'un tratto occupasti la cattedra come un brigante e allontanasti i tuoi sacerdoti che erano degni di usare i beni della chiesa; hai occupato la cattedra col favore dei secolari e tuttavia con grande potere". A queste accuse il vescovo di Ravenna rispondeva: "Non per mia prepotenza sono diventato vescovo, ma mi hanno eletto il clero e il popolo tutto. Mi hai interrogato secondo le regole del canone e io vi ho spiegato tutto di me: che ero laico, che avevo moglie e che ero giunto all'ordine sacerdotale; vi è stato reso noto e avete detto che per me non ci poteva essere alcun impedimento. Se pensavate tali cose di me, perché mi avete consacrato?". I vescovi esprimevano tra loro pareri diversi e nel segreto del cuore di ciascuno si scatenava una grande tempesta. Dicevano tutti: "Come possiamo noi, che siamo discepoli, giudicare il maestro?" Udendo queste parole, il papa infuriato dichiarò che il giorno dopo egli con le sue mani avrebbe tolto loro la stola dal collo. Allora Sergio, vescovo di Ravenna, in quella medesima notte si prostrò piangendo davanti all'altare di S. Nicola e si abbandonò tutto a grandi lamenti. Prostrato a terra, versò tante lacrime che il luogo dove egli piangeva restò tutto bagnato e fece dei rivoletti. Per volontà di Dio in quella notte morì il papa Paolo: colto dal male all'improvviso, subito ebbe pace. I suoi tennero nascosta la sua morte fino al mattino. Allo spuntare dell'aurora, prima che i raggi del sole sfolgorassero e la lampada di Febo illuminasse la terra, Stefano, diacono di Roma e fratello del predetto papa, si recò nella prigione dove stava il vescovo Sergio. Gli disse: "Che cosa mi darai, se potrai ritornare in pace a casa tua con ogni dignità e onore?". Udito questo, il vescovo, come liberato e venuto fuori da un laccio, disse: "Non sono piccoli i doni che penso di offrirti, a meno che io non faccia quanto puoi ascoltare. Vieni tu stesso a Ravenna ed entra nell'episcopio di quella chiesa e osserva bene tutti i tesori di quella casa: oro, argento, vasi e monete; è tutta roba tua e quanto per tua bontà vuoi lasciare, lascialo". Su queste parole si fecero giuramento scambievolmente.

PAST Traduzione

In quel giorno fu eletto al soglio apostolico il suddetto fratello del papa defunto e subito egli liberò tutti i prigionieri e concesse il perdono a tutte le colpe. Allora ordinò che il vescovo ravennate Sergio venisse con ogni onore e gloria; quando l'ebbe visto, si alzò dal seggio in cui sedeva e, siccome quello era prostrato a terra e col viso rivolto in basso, lo sollevò con le sue mani, gli si gettò al collo baciandolo e ordinò che il seggio di quello fosse portato vicino al suo; quindi si scambiarono parole di pace e di cordialità e il papa permise che quello ritornasse alla sua sede con grande gioia e festa. Rientrò in Ravenna dopo tre anni di assenza; i suoi l'accolsero con moderata compiacenza e vi fu un po' di tranquillità. Sergio andò alla chiesa della beata vergine Maria detta Ornata. Dopo la celebrazione della messa si prostrò davanti all'altare di S. Nicola, pregando per lunghissimo tempo e versando lacrime: quell'altare si vede ancora oggi.

PASX Note

Episcopato di Sergio: 744-769 d.C. Permanenza di Sergio a Roma: 756-759 d.C. In realtà il Papa passato per Galeata fu Stefano II (752-757 d.C.) nel 753 d.C., predecessore di Paolo I (757-767 d.C.).

PAS PASSO

PASL Localizzazione

158 - de sancto Sergio

PASO Testo originale

Eo namque tempore exiens Stephanus papa Romanus Roma, Franciae arripuit iter, properans huc Ravennam, infra episcopium eius applicitus est. Scientes autem et videntes sacerdotes, quod ipse scrutaretur gazas atque omnes opes ecclesiae deglutire deberet, erant inter eos incommoda verba. Alii dicebant: 'Suffocemus eum'; alii: 'Non, serventur ecclesia fortunae'. Erant dispares voces in vulgo. Tunc Leo diaconus et ipsius domui vicedominus sacerdotibus dixit: 'Cum coeperit depopulare omnia, vocemus eum occulte quasi aliquid ad ostendendum ei, et praecipitemus eum, ut dimersus in profundum aquae nunquam cunpareat'. Hoc erat inter eos cunsilium, et verba incommoda et commoda agebantur et cunclusa. Alii, cum quasi facta fuisset, remotionem criminis meditabantur. Audiens haec Uviliaris archidiacono istius sedis Ravennae de monasterio sancti Bartolomei, qui illo tempore ibidem sistebat abba, ubi Deo favente post ipsum quartus ego sum modo, ad episcopium ecclesiae cum summa velocitate occurrit et vidit omnes sacerdotes in talibus machinamentis sermocinationum sistere et diversa inter se cunsilia volvere; agnoscens suum in contraria coeptum, complois manibus cuntra eos vocem misit: 'O quanta insania, fratres! Si ista meditati estis perimere pontifice, non aequa cunsilia in pectoribus vestris gestatis. Adquiescite mihi, ut papa honorifice hinc abscedat, manusque vestrae servate innoxiiis, et sacramentum praesulis nostri servemus illaesum. Cum incubare coeperit

atra nox et Romanorum cum fuerit corpora ex dapibus et lucidissimo lyeo opleta, prima quies, quasi sepulti iacent: cuncta atrii lichna extinguantur, ne illi flammae candelarum nocte solatia praestent, et quid possimus occulte abdicare, omnia in criptis celentur, ignorante pontifice nostro, et apertis locis divitiarum quas papa Romanus invenerit tollat'. Placuitque omnibus hoc cunsilium, et decreverunt, quia haec Uviliaris melior est quam ceterorum sententia prolata mente. Etingressi sacerdotes infra singula loca gazarum, absconderunt quantum valuerunt. Intempestivum vero noctis venit praedictus papa Stephanus. Allatae sunt ante eum omnes claves a vesterariis ecclesiae, et reseratae sunt ei omnia ostia. Abstulit reliquias, quas non potuerunt sic citius occultare, ex auro plenas balantias novem, vascula argentea plurima et coclearia argentea tractoria, quaternaria una et diversas alias aureas et argenteas species, et sic in Franciam perrexit, unam vero [ex] cuclearibus Romam transmisit. Tunc cognitum Ravennensibus civibus, postquam papa egressus est, depopulationem ecclesiae, voluerunt prosequi plastrum, quod argentum vegebat, sed timidi vehiculatores in Ariminum delati sunt, et Ravennenses ad suam reversi sunt civitatem.

In quel tempo il papa romano Stefano, uscendo da Roma, intraprese il viaggio verso la Francia: arrivando qui a Ravenna, sostò nell'episcopio di essa. Siccome i sacerdoti sapevano e vedevano che egli esaminava i tesori e doveva prelevare tutte le ricchezze della chiesa, scambiavano tra loro gravi parole. Alcuni dicevano: "Soffochiamolo"; altri: "No, ma siano salvate le ricchezze della chiesa". C'erano nel volgo voci contrastanti. Allora il diacono Leone, vicario dello stesso palazzo, disse ai sacerdoti: "Quando avrò cominciato a portare via tutto, chiamiamolo di nascosto come per mostragli qualche cosa, poi buttiamolo giù in modo che, sommerso nell'acqua profonda, non ricompaia più". Questo era il loro piano, mentre si pronunciavano parole gravi e parole meno gravi, in segreto. Altri, quando la cosa stava per essere fatta, meditavano di impedire il crimine. Seppe la cosa l'arcidiacono di questa sede ravennate, Uviliari, il quale in quel tempo era abate del monastero di S. Bartolomeo, dove col favore di Dio, quarto dopo di lui, sono ora abate io: con tutta fretta si precipitò all'episcopio della chiesa e vide tutti i sacerdoti immersi in tale macchinazione esprimendo tra loro propositi diversi. Quando conobbe il loro piano, che egli non approvava, battendo le mani contro di quelli disse: "Quale follia, fratelli! Se avete meditato di uccidere così il pontefice, non portate nel vostro cuore giusti propositi. Datemi retta: lasciate che il papa riparta di qui con onore e conservate pure le vostre mani; sia mantenuto inviolato il giuramento del nostro presule. Quando avrò cominciato a diffondersi la notte e quando i corpi dei Romani saranno pieni di cibo e di vino

purissimo, essi giaceranno come sepolti nel primo sonno: si spengano tutte le lucerne dell'atrio, perché la fiamma delle candele non dia loro assistenza durante la notte; e allora noi, tutto quello che possiamo portar via segretamente, nascondiamolo, all'insaputa del nostro vescovo, e il papa, aprendo le cripte, prenda quei tesori che avrà trovato". Piacque a tutti questa idea e decisero così, perché, esaminata la cosa, il parere di Uviliari era migliore di quello di tutti gli altri. E i sacerdoti, entrati nei singoli luoghi dei tesori, nascosero quanto poterono. Nel colmo della notte venne il predetto papa Stefano. Dai vesterarii della chiesa gli furono portate le chiavi e gli furono aperte tutte le porte. Egli prelevò le reliquie che nella fretta non avevano potuto essere occultate: nove bilance d'oro, moltissimi vasi d'argento e cucchiari d'argento per i vasi grandi, una quaternaria e diversi altri oggetti d'oro e d'argento, e così partì per la Francia; uno dei cucchiari lo mandò a Roma. Uscito il papa dalla città, quando i Ravennati seppero che la chiesa era stata depredata, avrebbero voluto inseguire il carro che trasportava l'argento, ma i carrettieri impauriti andarono a Rimini e i Ravennati ritornarono nella loro città.

PASX

Note

Episcopato di Sergio: 744-769 d.C. Pontificato di Stefano II: 752-757 d.C. Non è altrimenti attestato un passaggio di Stefano II da Ravenna: nel 753 d.C. il papa si è fermato a Galeata nel monastero di Sant'Ellero nel viaggio d'andata

PAS

PASSO

PASL

Localizzazione

159 - de sancto Sergio

PASO

Testo originale

Igitur iudicavit iste a finibus Persiceti totum Pentapolim et usque ad Tusciam et usque ad mensam Walani, veluti exarchus, sic omnia disponebat, ut soliti sunt modo Romani facere. Reversus vero papa Stephanus ex Francia Romam, inito antea cum archiepiscopo consilio, pernimia blandimenta et pacificas epistolas ad aliquantos nobiles Ravennenses iudices misit, ortantes, ut Romam pergerent illi, qui in necem pontificis cunsenserunt. Inter quos etiam avus patris mei fuit, et tandiu Romae sunt coartati, quousque omnes ibi mortui sunt. Et post haec cuniunxit foedus pontifex cum Veneticis, ut ne deterius quod ei contingerat postmodum veniret, quia fefellit eiLangobardorum rex, et ultra non fuit credulus illi; et destributa pecunia in Veneticis, 7 balancias per nobilissimos viros aurum expendit. Aedificavit iste cellam beati Apolenaris de parte virorum, ubi et monachos statuit, et reliquid ibidem multas possessiones . . .

PAST Traduzione

Questo vescovo ebbe giurisdizione dal territorio di Persiceto per tutta la Pentapoli e fino alla Tuscia e al fiume Volano: come un esarca, decideva tutto come ora fanno i Romani. Il papa Stefano, tornando dalla Francia a Roma, accordatosi in precedenza con l'arcivescovo, inviò ad alquanti nobilissimi giudici di Ravenna lettere con parole di pace e molto suadenti, esortandoli a fare andare a Roma coloro che avevano concordato la morte del papa. Fra questi ci fu anche l'avo di mio padre: essi furono costretti a restare a Roma finché morirono. Dopo questi fatti il pontefice fece un patto con i Veneziani perché in seguito non gli accadesse di peggio di quanto gli era accaduto, dato che il re dei Longobardi lo aveva ingannato ed egli non si fidò più di lui. Fu distribuito denaro ai Veneziani, per mezzo di uomini nobilissimi versò sette bilance d'oro. Questi costruì il convento di S. Apollinare dalla parte degli uomini, dove fece stare i monaci, e lasciò lì molti possessi.

PASX Note

Episcopato di Sergio: 744-769 d.C. Pontificato di Stefano II: 752-757 d.C. Ritorno dalla Francia di Stefano II, non, sembra, passando per Ravenna: 754 d.C. La permanenza a Roma dei ravennati, 756-759 d.C., è il medesimo episodio del par. 157: a riprova dell'infondatezza dell'episodio dell'attentato a papa Stefano II, la motivazione del procedimento era il rifiuto dei rappresentanti papali, tra cui l'abate Fulrado, giunti a Ravenna nel 756. L'indicazione del territorio di pertinenza, corrispondente all'ex Esarcato, è relativo all'accordo con papa Paolo I (757-767 d.C.) del 759 d.C. per cui l'arcivescovo Sergio governava quel territorio per conto della Chiesa, entrata in possesso della regione nel 756 d.C. grazie al capitulare di Quierzy del re franco Pipino il Breve.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

160 - de sancto Leone

PASO Testo originale

Leo XLI. Iste ex isto fuit ovile, non multum procera statura, nimis macilentus, sed fortis viribus. Hic primus Francis Italiae iter hostendit per Martinum diaconum suum, qui post eum quartum ecclesia regimen tenuit; et ab eo Karolus rex invitatus Ytaliā venit, regnum Langobardorum depopulavit, et rex eorum Desiderius socer suus in Francia captivus portatus est. Adelgisus, filius praedicti regis, una cum exercitu suo ante eum terga dedit et in partes Chaonides fugit, et per aliquantos dies Salerno commoratus, exinde cum Karolus Romam venisset, timidus cum suis aliquantis fidelibus Constantinopolim perrexit . . .

PAST Traduzione

Leone era di questo ovile, non molto alto di statura, molto magro, ma fisicamente forte. Questi per primo indicò ai Franchi il cammino per l'Italia per mezzo del diacono Martino, il quale, quarto dopo di lui, ebbe il governo della chiesa. Da lui invitato venne in Italia il re Carlo, distrusse il regno dei Longobardi e portò in Francia prigioniero il loro re Desiderio, suo suocero. Adalgiso [Adelchi], figlio del re suddetto, insieme col suo esercito, volse le spalle davanti a lui e fuggì in Epiro; per alcuni giorni stette a Salerno, ma quando Carlo giunse a Roma, di lì, impaurito, con alcuni suoi fedeli andò a Costantinopoli.

PASX Note

Episcopato di Leone: 770-777 d.C. Missione del diacono Martino presso Carlo Magno: 773-774 d.C. Regno di Carlo Magno: 768-814 d.C. (re dei Longobardi in Italia: 774-814; imperatore: 800-814 d.C.). Regno di Adelchi: 759-774 d.C., quando fuggì a Costantinopoli.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

161 - de sancto Iohanne

PASO Testo originale

Iohannes XLII. iunior . . . . . Haec audita pontifex aspera verba, immutavit faciem suam, et factum est cor eius ut fremitus leonis, et ait ad archidiaconum suum: 'O quanta insania in corpore vegetas! Auxiliare ei, si potes'. Tunc ira contra iram insurgentes, veluti nebulam in altum se erigens aut tumidas hondas elevatas in praeaelso et verberat litus, sic sacerdotum corda diversa pulsabant. Post haec autem dixit archidiaconus ad archipresbiterum: 'Vis ut eamus, excutiamus eum foras?' Et ille: 'Eamus?' Et dixerunt ad reliquos sacerdotes: 'Eamus, fratres, visitemus fratrem nostrum, tribulemus cum eo. Membrum nostrum et caro nostra est, ex unus sumus ovile, unum patrem abemus et incorruptam matrem, in uno fonte loti'. Et ierunt omnes ad ianuam Cuthina, et ambo recto poplite, archidiaconus una cum archipresbitero fregerunt ianuam ipsius excubiti calce percussa, et extraxerunt eum foras, et ierunt omnes in ecclesia cum eo, et sederunt in sacrario, usque dum nuncius desursum venit, rogaret, ut omnes ascenderent, ut mos est. Et invenerunt litigantem pontificem et magnis vocibus perstreptentem, sed non sunt sacerdotes eius terri minis.

PAST	Traduzione	<p>Giovanni iunior [...]. Udite queste aspre parole, il vescovo cambiò espressione del volto e il suo cuore divenne come il fremito di un leone e disse al suo arcidiacono: "Quanta insania fai crescere nel tuo corpo! Aiutalo, se puoi". Allora levandosi ira contro ira, come nebbia che si leva in alto e come onde che si innalzano gonfie e battono la costa, così battevano in modo diverso i cuori dei sacerdoti. Poi l'arcidiacono disse all'arciprete: "Vuoi che andiamo e lo tiriamo fuori?" E quello: "Andiamo". E dissero agli altri sacerdoti: "Andiamo, fratelli, visitiamo il fratello nostro e soffriamo con lui. E' un membro della nostra carne, siamo di un solo ovile, abbiamo un solo padre e una sola incorrotta madre, in un solo fonte siamo stati lavati". E andarono tutti alla porta della Cuthina ed entrambi, arcidiacono e arciprete, puntando i garretti sfondarono a calci la porta della prigione e lo tirarono fuori; quindi andarono tutti in chiesa con lui, sedettero nel santuario, finché dal disopra venne un messo a dire che tutti salissero, come si usa. E trovarono il vescovo indignato che gridava a gran voce, ma i sacerdoti non ne furono troppo spaventati.</p>
PASX	Note	Episcopato di Giovanni VI: 777-784 d.C.
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	162 - de sancto Iohanne
PASO	Testo originale	<p>Igitur quadam die dum praedictus pontifex post tribunal ecclesiae resideret cum sacerdotibus et multi ex plebe, subitoloannes abba monasterii sancti Donati qui vocatur in Monterione, extra porta sancti Laurentii iuxta Wandalariam, non longe a monasterio sanctae Mariae qui vocatur Ad Blachernas - ibi Deo volente ego abba existo - protinus in terram cecidit et factus in extasi est, et spiritus ei evanueret. Et reversus ad proprium sensum, interrogatus a circumstantibus, pro qua causa contigisset, ille erectus dixit eis: 'Si dixero vobis, mors me cunsumet'. Tunc palam omnibus eum pontifex interrogavit: 'Ex qua causa accidit tibi?' Et ille respondens dixit: 'Mortuus est Leo ipatus statim, et vidi animam eius in linteo lucidissimo ab angelo in caelum deferente alacri vultu'. Stupefacti omnes praesentes adstantes mirabantur; et ut veritas probaretur, statim misit unum ex cubiculariis pontifex, ut veritas probaretur: et invenit eum ipsa hora mortuum. Abba vero ille post octo obiit dies.</p>

Un giorno dunque, mentre il predetto vescovo si trovava dietro l'abside della chiesa con i sacerdoti e molti del popolo, c'era lì Giovanni, abate del monastero di S. Donato detto "in Monterione", fuori porta San Lorenzo vicino alla Vandalaria, non lontano dal monastero di S. Maria detto "Alle Blacherne", dove per volontà di Dio sono abate io. All'improvviso Giovanni cadde a terra e andò in estasi, perdendo i sensi; tornato in sé, fu interrogato da quelli che gli stavano intorno che volevano sapere per quale motivo gli fosse capitato; rialzatosi disse: "Se ve lo dirò, mi colpirà la morte". Allora davanti a tutti lo interrogò il vescovo: "Per quale motivo ti è accaduto?" Ed egli rispose: "E' morto all'improvviso il console Leone e io ho visto che l'anima sua in un lenzuolo candido veniva portata in cielo da un angelo dal volto lieto". Tutti i presenti erano stupefatti. Per dimostrare la verità, subito il vescovo mandò uno dei suoi camerieri: e lo trovò morto nell'ora stessa. Quell'abate poi morì otto giorni dopo.

PAST Traduzione

PASX Note

Episcopato di Giovanni VI: 777-784 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

163 - de sancto Iohanne

De morte vero pontificis vobis insinuare festino. State et videte divina et iusta iudicia Dei. Erat in hac civitate nobilissimi filius viri, qui post mortem patris tenebat possessionem monasterii sancti Martini quae vocatur in Aqua longa, avunculus matris meae. Cotidie pontifex insidiabatur, ut praedictum monasterium invadere posset; et quia vim ei inferre non poterat propter nobilitatem parentum, maledictionis et blasphemia lingua eum gladium incidit. Die vero natalis sancti Apolenaris obtulit ei ipse, quem maledicebat, puer oblationem, qui renuit praedictus pontifex, sed maledixit eum, dicens post maledictionem: 'Videam mortem tuam et statim moriar'. Ibat ille repulsus et scandalizatus plorans. Ille vero post expleta missarum solempnia ivit ad viduatam marito matrem et retulit ei omnia plorans et ita denunciavit: 'Quod etiam corpus Domini mihi tradere noluit'. Factum est autem post haec divina iussione, ut Deusdedit, infirmitate stomachi detritus, mortuus est in villa quae dicitur Aureliacus, longe ab urbe miliario 12, iuxta aquaeductus prope Herculem. Turbata tota illius domus est. Et postquam lavaverunt corpus eius, posuerunt super plastrum, ibique tumulatus iacebat exanime. Multi orbat iuncti sunt lacrimis. Prostrata humo diurna mater iacebat; alii tondebant pectora, alii ora unguibus foedabant, alii salicum vimina intexebant crates, alii tondebant salicum ramos, qui operiebant gloschomum, alii lustrabant desuper virentias herbas, alii evelebant ebulos faginos adferebant saxos velocius ut discurrerent rotas, alii undique praecidebant diversas salicum virgas alii stimulo boves exagitabat, nonnulli vero gramineos

PASO Testo originale



substernebant corpore flores. Hirculeuses antecedeabant onerosa animalia, carnarini qui et lecticarii virgis costis agitabant taurorum, et ibant cum naribus patulis per viam laetea per cornuaque ducti iuvenis, et pervenerunt usque ad pontem Odionis. Tunc Andreas, cognatus ipsius defuncti viri, stare imperavit corpus et puberes per in giro figere gradus iubet. Ornaveruntque diversis palleis exanime corpus, et lenbum a barba usque ad caput innodatus erat, quod illi sua ex auro Basilii mittente mater. Tunc exeuntes omnes de civitate a magno usque ad parvum, nobiles et ignobiles, anus et innuptae puellae, et erat maximus planctus et luctus undique, et non solum lugebant tumulatum corpus, sed orbatam de filio matrem. Tunc colla levatus virorum, perductus in monasterio sanctae Eufemiae in sancto Calinico, ibi sepelierunt eum. Tunc ingressa in civitate turbam plorantem, dederunt obtabiles voces in aures pontificis. Et interrogavit, quid hoc esset. Et dixit ei nuncius, qui viderat: 'Deus dedit, filius Petri tribuni, mortuus est'. Iterum misit alium nuncium, ut certius sciret; et venit, dicens similiter. Et dum sederet ad mensam post tribunal ecclesiae super vivarium, elevatis sursum manibus, respiciens ad vultum Salvatoris, dicens: 'Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, et tibi, beate Apolenaris, quia exaudistis me. Hunc diem semper desideravi'.

PASO      Testo originale

Et dixit pincernae suo: 'Misce, quia, Deo gratias, exauditus sum'. Tunc pincerna accipiens ex ialico dimia impleta mero porrexit pontifici. Quem ille accipiens, ebibit usque ad dimidium poculum, et subito in latere sinistro puncta percussus, celeriter calicem ministro dedit, et iussit remove mensam, et gaudia dapium in tristitiam versae sunt, et dedit [se] in lectum; septimo die post excessum iuvenis mortuus est. Et iocundabatur mater orbata libero, sicut et ille gavisus de morte adolescenti fuit. Ecce vindicta divina! Sepultus est in basilica beati Apolenaris confessoris. Epitaphium super sepulcrum eius invenietis exaratum. Sedit annos 7, menses 1, dies 3.

PAST Traduzione

